& præſentialiter, & abſens ꝑ nuncium vel epiſtolam: dum tamen
certus ſit ad litem præſentem & futuram in die, & vſq; ad diem,
& ſub conditione, & in perpetuum, & ad generales cauſas & ſpe-
38 ciales. ff e. l. 1. 2. 3. & 4. ff. mandati. l. 1. † ¶ Sed nunquid procurator
generalis ad negotia conſtitutus, videtur etiam conſtitutus ad
h cauſas? Arg. quod ſic. [h] Nam negotium dicitur in cauſis: vt extr.
de uerb. ſig. forus. §. negotium. & ponitur pro cauſa criminali &
ciuili: vt C. de epiſc. & cler. cum clericis. reſpon 1. Vnde procura-
tor generalis ad negotia poteſt cauſas peragere, niſi illas, in qui-
bus ſpeciale mandatum deſideratur: quas habes. s̃. verſi. item op-
po. quod licet. quod intellige de ciuilib. Nam in criminalibus ꝓ-
curator non interuenit, vt s̃. ſecundum Vber. Item regulariter ſe
i cundum Roſ. [i] qui inhabilis eſt ad ſua peragenda negotia; per con
ſequens & ad aliena. C. de legi. tut. l. fi. ext. de æta. & qua. indeco-
rum 2. q. 7. qui nec regiminis. Et ſimiliter quicunque non prohi-
betur, admittitur. ff. e. mutus §. 1. & Inſt. de his, per quos agere poſ.
§. fi. & quicunque pro ſe poteſt eſſe in iudicio, poteſt pro alio. ar.
ext de prob. poſt ceſſionem.

ADDITIONES.

a Cognitione. ¶ Saluo quod habetur. ff e. ti. quæ omnia. etiã no. e. ti. is cuius & ſcripſi eo. ti. c. 2. lib. 6. in 1. & 2. glo. Gul. Ang. ſub hoc tit. q. 22. ad caſus ibi no. addebat alium, ſ. quando intererat aduerſarij quæ allegatio hoc non ꝓbat, ſ. lex. de ætate. §. vl. ff. de interrog. act. quæ reſp. rei ad interrogationem vel poſitionem loquitur ex qua quæſitum eſt ius actori. & vide quod ibi not. alia iura, quæ alleg. reducuntur ad regulam, non debet aliquis. de reg. iur. lib. 6.

b Procuratore. ¶ Quid ſi cauſa fuit talis, in qua proceditur ſine conteſtatione, vel de ſui natura, vel in contumacia partis: vt patet in cle. de verb. ſigni. ſæpe. & in caſibus notatis, vt lite non conteſt. quoniam. in 1. gl. quæritur an proc. qui in talibus cauſis aliqua facit, quę poſt litem conteſtatam veniebat fienda, poſſint reuocari cauſa non cognita? Gui. de Suz. in l. poſt litem. ff. eo. arguit ꝙ non, cum actus illi in locum ꝯteſtationis ſuccedant: ergo idem ſit effectus. Allegat Inſt. de actio. §. fuerat ff. ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarum. tenet ꝯrium, & verbis in dubio ſtatur. ff. de leg. 3. non aliter. & de exercito. l. j. §. in re igitur dubia. Similem quæſtionem format in l. neq;. C. e. ti. ſi retentis terminis s̃. dictis tutor, curator vel procurator fecerunt tales actus, an poſſit ſubſtituere, Et tenet, ꝙ ſic, per l. ff. man. ſi procuratorem. poſt prin. hic vides ꝯrietatem, & ſecunda placet. veniant no. de ele. c. 1. lib. 6. ver. quod ſi. in gl. vbi. & remiſſiones, quas ſuper ea dedi. & j̃. de comparati. ver. attendas. ¶ Adde, ꝙ in caſibus quibus lis non eſſet conteſt. procurator efficiatur dominus litis per primum actum. voluit Bar. in l. poſt litem conteſt. & in l. nulla. C. e. ti. & in extrauag ad reprimendum. in verbo, figura. Bar. & Bald. in l. properandum. §. ſi quidem. C. de iud. Paul. de Leaz. & Pet. de Anc. in cle. ſæpe. de verb. ſig. & ideo non poterit reuocari.

c Ibi no. ¶ Quid dixerit Hoſt. no. s̃. e. ti. c. 2. in 3. gl. ¶ Adde plenè per Bar. in l. 1. C. de ſatiſd.

d Parte. 3. ¶ Et vide quod ibi ſatis dixi ſuper gl ſic j̃.

e Vulgò. ¶ Ad literam fuit iſte ver. Alb. Gal. e. ti. ver. ſed quãdo. Pe. de Bella. Per. tenet contrarium, vt ponit Cy. C. e. l. j. in vl. q. loquitur tamen de ſatiſdatione à prin. ſic oblata, ſed etiam in primæua ſatiſdatione Ol. tenet primum dictum per eaſdem leges. C. ea. l. j. ſine dubio in caſu quo mandatum, de quo ꝯſiſtit, dicitur reuocatum: maior ratio ſuadet talem formam cautionis admitti, quam a principio: tunc enim fit à iure gratia procuratori, ꝙ admittitur: hoc verò fit ab homine gratias opponenti quod cauetur. ſibi enim incũbit onus probandi reuocationem, vel certificationem ſibi de hoc factã. Vbi ergo ne fiat tardatio proceſſus, talem cautionem offert: facit ad hoc, quod non tenetur malitiosè: ergo recuſatur, cui iudex debet obuiare præſumens malitiam opponentis non offerentis probationẽ, nec recipere volẽtis talem cautionẽ. Procedat ergo in principali. In principio vero ſi talem formam aduerſarius acceptat: bene quidem. ff. de noui. oper. nun. l. 1. §. & poſt. alias expectet ꝓbationẽ mãdati: & tũc ꝓcederet lis ſine cautione rati. Aut ſi feſtinare vult, purè caueat, vt tenet: & tunc ꝓcedit dictũ Pet. ꝙ in ꝑtoriis ſtipulationibus nil debet addi, vel detrahi. ff. de præ. ſti. l. 1. in fin. Alia ratio, quam ponit M. non concludit in practica. Io. And. Adde, ut per Imol. poſt Bar. in §. qui alieno.

f Petitio. ¶ Imo dic, vt e. ti. c. ſi quem. lib. 6. & contrarium ſolue, vt ibi no. gl. ad hoc.

g Io. de Deo. ¶ In li. iud. lib. 4. rub. quando delictum procuratoris &c.

h Quòd ſic. ¶ Et ſic eſt terminatum. e. ti. qui generaliter. 1. reſp. lib. 6.

i Secundum Roſ. ¶ Tit. quo. s. circa medium.

## Quando contra procuratorem opponitur ratione conſtituentis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus, deportatus, vel bannitus in perpetuum, non poſſunt procuratorem conſtituere.*
2 *Maſculus volens ueniam ætatis impetrare, non poteſt ad hoc probandum procuratorem conſtituere.*
3 *Eccleſia ſi vnicum rectorem habeat, ille poteſt procuratorem conſtituere.*
4 *Tutor & curator non poſſunt procuratorem dare, niſi poſt litem conteſtatam.*
5 *Procurator conſtitutus à prælato, an poterit cauſam agere mortuo ꝑlato, Eccleſiæ vacanti, an poſſit conſtitui viſitator, ſeu procurator.*
6 *Procurator à minore 25. annis conſtitutus abſque tutoris vel curatoris interuentu, non admittitur.*
7 *Actor ciuitatis non poteſt procuratorem conſtituere.*
8 *Prælatus non eſt dominus rerum eccleſiaſticarum, ſed procurator.*
9 *Canonicus alicuius eccleſiæ agens ſine conſenſu prælati contra aliquẽ ad aliquam rem, quam dicit contra formam iuris alienatam, an poſſit ante litem procuratorem conſtituere.*
10 *Filiusfamilias non poteſt procuratorem conſtituere, quia exercitium ſuarum actionum pertinet ad patrem.*
11 *Pater in reb. filio delatis, quia ipſi acquiritur vſusfructus, agere poteſt per ſe, vel per procuratorem.*
12 *Pater habet in rebus filij adminiſtrationem, & vſumfructum.*
13 *In inſtrumento vel litera ſi ſcribatur quis talis, uel talis, & id non probetur, an fidem faciat.*

14 *Conditio*

14 *Conditio procuratoris, in nullo eſt deterior, quàm domini, niſi in ſatiſdando.*
15. *Reus valetudine impeditus, tenetur mittere procuratorem.*

2. §. Ratione quoque conſtituentis opponitur, ꝙ cõſti
tuens eſt monachus, uel canonicus, uel
conuerſus, vel alius regularis: quia hi non poſſunt actiones per ſe
mouere: vt no. ſ̃. in ti. de actore. ver. item excipitur contra acto-
rẽ: ergo nec aliis committere ar. ꝯ expreſſum, ext de reſc. cum di
lecta. vbi regularis agit, & procuratorem etiam conſtituit in cau-
ſa electionis ſuæ. extr. de elec. cum inter. & de re iud. cum I. & A.
reſp. 1. Sed dic, vt ibi, ſecundum Papam. & in Auth. de ſanc. epiſc.
a §. ſi vero epiſcopi. ver. ſi quãdo autem. [a] † ¶ Item quod eſt ſeruus.
1 vel deportatus, vel bannitus in perpetuum, qui pro deportato ha
betur: quia miſſus exulat, & pro mortuo reputatur. ff. eo. ſeruum
quoque. ff. de leg. 3. l. 1. § hi quib. & §. ſeq. ff. de capi. diminu. l. tu-
telas. §. ſi libertate. 32. q. 4. cap. vno. ff. de bo. poſſ. contra tab. l 1. §.
fin. Inſt. quib. mod. ius pat. pote. ſol. §. relegati. & in his quę ibi no-
b tantur. [b] In ſeruo autem dic plenius, vt ſ̃ §. prox. ver. item excipi-
2 tur contra procuratorem, ꝙ eſt cauſa ſtatus. † ¶ Item maſculus,
qui veniam ætatis impetrare vult, non poteſt procuratorem ꝯſti
tuere ad hoc probandũ. C. de his qui veniam ætatis impe. l. 2. Itẽ
ꝙ conſtituens erat excommunicatus, vel maiores & iurati de vni-
uerſitate, quæ eum conſtituit, erant excommunicati ext. de pro-
cur. c. fin. ar. extr. de teſti. licet ex quadam. Dic, vt ſ̃. §. proximo, in
c principio. [c] Item quod impetrauit veniam ætatis, vnde nõ poteſt
agere per procutatorem. C. de his, qui veniam æta. impe. l. 2. Item
quod conſtitutus eſt ab abbate ſine conſenſu conuentus. extr. de
arb. per tuas quia etiam ipſe non audiretur ſine literis capituli de
rato. extr. de tranſac. contingit. & ext. de procu. c. 1. & de iud. cau-
ſam, quę. De hoc ſ̃. de actore. ver. item etiam obiicitur. & ſeq. Re
gularis autem bene agit quandoq; , & conſtituit procuratorem:
3 vt ſ̃. in principio huius §. † ¶ Porrò ubi eſt in eccleſia unicus re-
ctor, ille poteſt cõſtituere procuratorem, qui iuret de calumnia
in cauſa eccleſiæ: vt no. ver. item quod fuit. & 5. q. 3. quia epiſcopi.
d & ipſe poterit tunc eſſe teſtis: [d] vt ext. de teſti. inſuper. & ca. cum
nuncius. Circa hoc autem not. quod vbicunque poteſt prælatus
agere & conueniri in cauſis eccleſiæ ſuæ ſine ſuo capitulo. quod
dic vt ſ̃. de actore. ver. ad præſens. ibi; breuiter tamen, & c. ibi põt
etiam dare procuratorem: vt ext. de procu. petitio. In cauſis enim
pecuniarijs electionem habemus, an ꝑ nos ipſos, an per procura
torem eas tractemus. C. de procu. l. fin. ff. eo. l. 1. niſi in caſibus, qui
4 ibi no. † ¶ Nec ob. quod tutor & curator poſſint agere, ſed ne-
queunt procuratorem dare, niſi poſt litem conteſtatam: quia ꝑla-
tus plenius ius habet in rebus eccleſiæ: quàm illi in rebus pupilli.
Nam prælatus illis vtitur & fruit: vt ext. de vita & hone. cle. cum
ab omni. Inde eſt, quod poteſt dare procu. ante litis conteſt. vt ĩ.
ver. item quod fuit. Item contrà, quod conſenſus capituli & ſub-
ſcriptio requirat. ext. de procu. c. 1. ſed ibi illi adhibentur vt teſtes,
& non vt auctoritatem præſtantes. Et præterea ibi dicitur, quod
epiſcopus faciet procuratorem, vel ibi loquitur de magnis cau-
ſis, vt dixi in præalleg. ver. breuiter tamen. Veruntamen ſi præla-
tus velit conſtituere vnum generalem & perpetuum officialem,
qui omnia communiter negotia gerat, ſiue in cauſis, ſiue in aliis,
hoc debet facere cum conſenſu ſui capituli: cum hoc inter ardua
negotia ſit. 89 diſt. iudicatum. in quibus conſenſus capituli eſt re-
quirendus. ext. de his quæ fiunt a præl. ſine conſenſu ca. quanto.
& c. nouit. Vtrum autem capitulum ſine conſenſu prælati procu-
torem conſtituet: no. ĩ. de ſyndic. ver. item quod non eſt conſtit.
5 & ſeq. † ¶ Sed nunquid procur. conſtitutus à prælato, ſiue recto-
re ciuitatis temporali, vel perpetuo, poterit cauſam agere mor-
tuo prelato: ſiue cœperit agere ante mortem, ſiue poſt? Papa no.
e ext. de foro compe. dilecti. quod ſic: [e] ſecus tamen in procurato-
re ad negotia conſtituto. De hoc ĩ. de ſyndic. verſ. quid ſi aliqua.
Vtrum eccleſiæ vacanti poſſit cõſtitui viſitator ſeu procurator:
& vtrum archiepiſcopus poſſit conſtituere procuratorem in re-
bus epiſcopalibus, vel epiſcopus in reb. capellarum ſuarum? dic
6 plenè ſecundum Papam, prout no. ext. ne ſede vac. c. 1. † ¶ Item
quod conſtituens erat minor 25. anno. nec tutoris nec curatoris
auctoritas interuenit. C. eo. neq;. & l non eo minus. C. ſi aduer. rẽ
iud. cum & minores. vbi de hoc. ff. de minor. cum mandato. ff. de
neg. geſt. qui aliena. §. quanquam. niſi quando abeſt, quia tunc pe
tit curatorem per procuratorem: vt ff. qui petant tutor. l. 2. §. pe.
& niſi in caſibus, in quibus cenſetur maior. qui no. ext. de reſtitu.
ſpol. ex parte. & 15. q. 3. certis. Cum enim poſſit in his per ſe age-
re: ergo per alium: ar. ff. eo. l. 1. §. vſus. & ff fa. er. planè. ar. tamen ꝯ
in præ. l. neque. Ad hoc reſpondeo, quod tutori & curatori non
competunt ſuo nomine actiones populares: & ideo in eis nõ ꝯſti-
tuunt procuratorem, licet per ſe agant. Hoc autem [f] nota, quod
[...]ocurator à minore legitimè conſtitutus debet cauere, quod ſi
[...]r, aut hæres eius, aut is, ad quem res, de qua agit, pertinebit:
[...] integrum reſtitutus, quanti ea res erit, tantam pecuniam
dabit: vt ff. rem ra. hab. cum minor. ver. & ideo ita, & c. Alioquin
repelli poteſt. & iunge hic quod no. ĩ. de coniun. perſo. verſ. item
quod is, pro quo. & ſeq. Item quod eſt conſtitutus à procurato-
re, quod dic plene, vt ſ̃. §. proxi. ver. item excipitur, quòd eſt con-
7 ſtit. & ſeq. † ¶ Item ꝙ eſt conſtiturus ab actore ciuitatis, qui non
poteſt conſtituere. ff. de procu. nec ciuitatis. Item quòd fuit con-
ſtitutus à tutore vel curatore ante litem conteſtat. cum eis, quod
fieri non poteſt: quia non ſunt domini, ſed poſt ſic, quia ſunt fa
cti domini per litis conteſtat. C. eod. neque in princip. & in fine
C. de app. ſi actor. de quo dicam ĩ. de actore ab uni. conſtit. verſi.
porro. & uer. item actor. in fi. Dominus enim cõſtituit, non alius
g ff. eo l. 1. reſpon. 1. ¶ Tanc. autem no. in lib. ſuo. [g] & Acc. ff. de pro
cur l. 1. reſp. 1. & l. nec ciuitatis, & Azo in Summa, eod. tit. in prin.
idem eſſe in prælato, ut non poſſit conſtituere procu. in cauſa ec-
8 cleſiæ, niſi prius ſit lis conteſt. cum eo; † quia prelatus non eſt do-
minus rerum eccleſiaſticarum, ſed procurator. 12. q. 1. c. fi. ext. de
dona. c. 2. at procurator non poteſt ante litis conteſt. alium facere.
C. de procur. quod quis. nec tutor, ut iam dixi, cui comparatur
h prælatus: ut not. 5. q. 3. quia epiſcopus. [h] Nec actor ciuitatis: ut ſ̃.
uer. prox. Ego dico contrà, cum Io. & Gul. Na. & Innoc. IIII. & eſt
i expreſſum in præ. c. quia epiſcopus. vbi de hoc. [i] ext. eo. petitio. &
k de iu cal. cum cauſam. ibi: quorum procur. & c. [k] & in Authen. de
ſan. epiſ. §. ſi vero epiſcopus. uer. ſi quando autem. & ſic commu-
niter obſeruatur. Sed utrum ſit neceſſarius conſenſus capituli, di-
xi ſ̃. de actore. ad fi ver. & hæc vera. Nec ob imò iuuat, quod epi
ſcopus dicitur procu. rerum eccleſiæ nam eſt procu. habens gene
ralẽ negotiorũ adminiſtrationẽ, qui põt ꝯſtituere indiſtincte. ar.
ff. de proc. ꝓcurator, cui. & l. mutus. reſ. 1. ff. mã. l. 1. §. 2. ar. ꝯ. ff. mã.
l ſi procu. §. 1. [l] † ¶ Quid ſi canonicus alicuius eccleſiæ ſine conſen-
9 ſu prælati agit contra aliquem ad aliquam rem, quam dicit con-
tra formam iuris alienatam: vt extr. de rebus eccle. alie. uel non. ſi
quis presbyterorum. nunquid poterit ante litem conteſtatã pro-
curatorem conſtituere? Et uidetur quod non, ſecundum eos, qui
dicunt quod nec prælatus, nec coniuncta perſona ante litis con-
teſt. procuratorem ꝯſtituere poſſunt, vt prędictum eſt. Dic ꝯtra:
nam in hoc ſuccedit in locum totius capituli: & capitulum procu
ratorem facere poteſt. ff. quod cuiuſque uniuer. l. antepen. & ſic
m obtinuit. [m] ¶ Quid de executore ultimę voluntatis: nunquid pote
rit ante litis conteſta. facere procurat. De hoc ĩ. de inſtrum. edi. §.
nunc uero. uer. ſed nunquid. Quid ſi habens plures filios cõſtituat
procur. pro ſe & pro ipſis? Dic, vt ĩ. in ti. de ſyndic. Item ꝙ conſti
tuens requiſitus de calum. non iurauit, cum fuit cõſtitutus: unde
non ualet, ſecundum quoſdam. C. de iur. calum. l. 2. § ſin aũt abſue
rit. Tu dic, vt ibi no. ff. de procura. Pomponius. §. ſed & is. Item ꝙ
n ab infami cõſtitutus. Inſtit. de excep. §. fin. qui §. facit in contrariũ
10 potius. [n] † ¶ Item quod conſtituens eſt filiusfamil. qui non poteſt
conſtituere

ADDITIONES.

a Autem. ¶ Et vt in cle. e. tit. religioſus. Io. And.
b Ibi not. Vide quod de materia huius ver. & illius §. plenè dicam ĩ. de ceſ. actio. §. 1. ſuper ver. illud etiam quęritur.
c In principio. ¶ Ibi de procuratore excommunicato: hic de conſtituente. Et debuit auctor diſtinguere inter actorem & reum conſtituentem. placet enim iuri, quòd reus excommunicatus potius litiget per procuratorem, quam per ſe. de iud. intelleximus.
d Teſtis. ¶ Vide ĩ. de teſte. §. 1. co. 4. ver. ſed nunquid rector. & ver. ſequenti, & quod ibi dixi. ¶ Adde Old. conſ. 156.
e Quod ſic. ¶ Contrarium eſt terminatum per cle. e. ti. procuratorem. vbi dicitur, quòd reuocatur per mortem, etiam in his, in quibus conteſtatus fuerat litem. ¶ Adde, ꝙ opi. Io. An. licet de ipſo mentionem non faciat, tenet Roma. conſi. 374. vbi tenet, quòd ſi prælatus conſtituerit procuratorem ad litigandum ſuper titulo beneficii, & prælatus renunciet beneficio, quòd ſtatim intelligitur reuocatum mandatum, & ibi parificat mortem & renunciationem.
f Hoc autem. ¶ Secundum Vber. de Bo. ti. quo ſ̃. ver. exigo. ¶ Adde, an cum iuramento minor poſſit procuratorem conſtituere, Bal. conſi. 177. lib. 6.
g In lib. ſuo. Eo. ti. ver. quis conſtituere. ſed contrarium no. in apparatu, vt ſtatim ſubdam. ¶ Adde idem eſſe de executoribus teſtamentorum, vt ante litem conteſtata poſſint conſtituere procuratorem, vt tenet Pau. de Caſt. cõſ. 148. Et idem eſt in rectoribus hoſpitalium, vt voluit Bald. in l. orphanotrophos. de epiſc. & cler. quia & ipſi percipiunt fructus hoſpitalis: qua ratione idem videtur dicere in ꝯmendatario eccleſiæ, cum debeat de bonis eccleſię uiuere: ut in c. nemo deinceps. de electio. in 6.
h Quia epiſcopus. ¶ Multa, in quibus eſt diſparitas, vbi uide in fin. 1. gl
i De hoc. ¶ Et 2. q. 7. ſi quis ergo. in fi. 1. gl.
k Procur. & c. Et ibi hoc tenuit Tanc. ut ſcripſi ſuper fi. 2. gl. ſeq. & uide ſimile ĩ. uer. ſed quando.
l §. 1. ¶ Loquitur in procuratore negotiorum, qui non habebat liberam.
m Obtinuit. ¶ Dicit Alber. Gal. eo. titu. 2. col. quòd ſic iudicauerunt doctores Bonon. & uide quod no. de teſtib. cum olim. in gloſſ. 2. & quod ſuper ea dixi. ¶ Adde, ꝙ hoc dictum Spec. multum commen[...] Ant. de But. in c. edoceri. ext. de reſc.
n Potius. ¶ Vide ſ̃. §. proxi. uer. item ꝙ eſt in [...]mis.

10 cōſtituere procuratorem ad agendum: cum exercitium ſuarum
actionum ad patrem ptineat: vt C.de annali excep.l.1.in fin.niſi in
certis caſibus: ut ff.de procurat.filiusfam.reſpon.1.in fin. & argu.
in his quæ not. ſ. ver. item ꝙ conſtitutus erat minor 25.ann qui
caſus no ſ.in tit.de actore.ver.ſed filiusfam. Ad defendendum au
tem ſemper poteſt, vt ff.e.l ſeruum quoq; reſp.1. Item ꝙ conſti-
tuens erat reus criminis læſæ maieſt.C.ad l Iul.ma.l.fi. Item ꝙ ꝯſti
tuens re integra obiit.C.mand.mandatum re.ff.eod.inter cauſas.
in prin.& l.præ.in fi.Inſti.e.§ ſi adhuc.ext de off.dele.c 1.& c. gra
tum.& c relatum.Item ꝙ clericus ꝯſtitutus à laico.ext.ne cler.vel
mo c.j.& 2.dic, vt ſ. prox.verſ.item ꝙ eſt epiſcopus, vel ſacerdos.
Item ꝙ dominus nouerit veritatem, & procu. ignorat: & domi-
nus eſt iuſtus & legalis, & procu.eſt perfidus & infidelis.ff eod.l.ſi
actor. C.eo.l.fi. Item ꝙ eſt conſtitutus ab eo, qui de ſtatu ſuo liti-
gat, vel furioſo, vel mente capto, vel prodigo poſt interdictum
factum: & generaliter ab eo, qui non habet liberam bonorum ad
miniſtrationem.ff.de procu.ſeruum.in prin.C.de aſſer.tol.l.1. Et
no.quod in reb.a filio delatis patri acquiritur vſusfru.vnde pater
per ſe, vel per procu.in rebus illis agere poteſt: vt C.de bo.ma.l.1.
11 †¶Sed quando poterit illum conſtituere? Videtur quòd poſt li-
tem conteſta. tantum ad ſimilitudinem tutoris & curatoris. C. de
pc.neq;.ff.de ap.ab executore §. fi. Nam & quod in illis dicit, ad
alios adminiſtratores porrigendū eſt.ff.de contrah.emp. ſi in em-
ptione §.fi.ff.de ędil.edic.l.quod ſi nolit §.quod in curatore Arg.
tamen contra, ꝙ etiam ante litis conteſt.hoc poſſit, in præ l. 1.de
a bo.ma.ver.atq; ita omnia.vbi de hoc.[a] †¶Nam & pater plus hēt
12 in rebus filii, quàm tutor vel curator in reb.pupilli vel adulti: &
quia hēt adminiſtrationem & vſumfructum.vt prælatus Et quia
per l.C.de bo.ma.l.1.quę indiſtincte loquitur: & ideo uidet̄ indi-
ſtinctè intelligenda: quia dicit, ꝙ poteſt ꝯſtituere procu.nec dicit
ante litis ꝯteſt.vel poſt.ff.de alimen.leg.l.1.§.1.& de le. præ. petit.
bo.poſſ.ꝯtra.l.1.§.1.19.diſt.ſi Romanorū. Et quia vſufructuarius
loco domini habetur.ff.de bo.auth.iud.poſſ. in venditione bono
rum & quia nullus eſt amor qui, &c. C. de cur. fur.l.fi.in princ.&
quia vſusfr.pars eſt dominij ff.de vſufr.l 4. Vnde poteſt diſtingui
vtrum pater agat ratione proprietatis: & tunc poſt litem cōteſt.
b tantum: an rōne vſusfr.& tunc ante & poſt, ſecūdum Vber.[b] Sed
in cuius perſona talis procu.concipiet libellos? dic, vt j. in tit. de
13 libel.concep.§.iam nunc.2.ver.illud autem.†¶Illud quoq; notā
dum eſt, quod licet contineatur in aliquo inſtrumento, vel lite-
ra: ego talis epiſcopus talis loci: vel, ego talis procurator, uel cura-
tor, vel tutor talis, uel ſyndicus talis uniuerſitatis non ideo credi-
tur epiſcopus, vel procurator, uel tutor, vel ſyndicus. niſi pbet̄:
nec ualet quod per eos agitur: vt ff.de reb.eorum.qui neque. Qui
dam tamen contra, ꝙ credantur tales, eo ꝙ ſic in ſcriptura ſe vo-
cant.argum.C.de contrahen.ſtipula.optimam.§ cum itaque. ibi,
& ita eam eſſe ſcripto domino, &c. ſed ideo ibi literæ creditur:
quia erat contra eum, qui eam fecerat: ſecus eſſet, ſi pro ſe: vt ar.
ff.de interrog.act.de ætate.§.1.Itē pro eis facit, quia non fit præiu
dicium libero homini, qui ſic ſcripſit.C.de lib. cauſa. liberos. Sed
bene fit pręiudicium, vt dicatur eſſe in poſſeſſione ſeruitutis, ſe-
cundum Vber. Item pro eis facit, nam ſcriptura facit fidem etiam
in eo negotio, ſuper quo principaliter non eſt facta: ut probatur
& no.ſecundum Papam.ext.de cenſi.cum olim.ad fi.de hoc j. de
probat.§.fi.ver.ſed pone.& de inſtr.edi.§ dicto.ver.ſed nunquid.
& ſecundum Papam, de off.dele.cum in iure.¶Item breuiter po-
teſt conſtituere procu.paterfam.liber homo, maior 25.ann.com-
pos mentis, dominus rei vel cauſæ, & generaliter quicunque, qui
14 non prohibetur.ff.e. mutus. reſpon. 1. † ¶ Hoc autem [c] certum
c eſt, ꝙ in nullo eſt deterior conditio procuratoris, quam domini,
niſi in ſatiſdādo.ff eo.ſed & hæ §.fi.& l.uel in operis & l.minor §.
qm̄.De ſatiſdatione autem dicam j. in ti de ſatiſ.Generaliter autē
opponitur ꝯ procuratorem, ꝙ eſt ꝯſtitutus ab eo, qui conſtituere
non pōt: poteſt autem quilibet ꝯſtituere, niſi prohibeatur: ut ff.
15 eo.mutus.§.1.prohibent̄ autē pmiſſi.¶Sed nunquid †reus valetu
dine impeditus tenet̄ mittere procuratorem? Videtur ꝙ ſic, ff.
de mino.Papin.ff.ex quib.cau maio.ſed & ſi per ptorem.§.1. Sed
d illud in actore. Arg. ꝯ, ꝙ non teneatur.ff ſi quis cau.l 2.§.ſi quis.[d]
e De hoc no ext.eo.c.2.[e] & ff.de diuer.& tem.præſcri. l.1. Vel dic,
quod ſi longum ſpatium interceſſurum ſit, vel dilatio damnū ſit
illatura, tunc cogetur.ar.ff.de hære.inſti.ſi quis inſtituatur.in fi.&
f ff.ex qui cau in poſ.ea.l.Fulcinius §.adeò.[f] De hoc in Summa do
mini mei, eo.ti.§ & in qua re.ver.ſed nunquid.

ADDITIONES.

a Vbi de hoc. ¶ In gl.2.cui placet primum dictum, ſed per rōnes hic poſitas, Odofr.Iac.de Ra.& de Are. Guid.de Suz.Pet.& Dyn.tenent hoc dictum, quod pōt etiam ante lit.conteſt.pro proprietate procur. dare, & placet ibi Cyno.in 1.opp.& vide quod no.& dixi.ſ.ver.item ꝙ fuit.2.¶ Adde Bar.ibi, in d.l.1.& Alex.ibi in apoſt.

b Secundum Vber. ¶ Et A[illegible] al.eo.tit.2.col.ver.quæritur an pater.de hoc men.br[illegible] nullum du[illegible] at nomine proprio.

c Aut[illegible] Vl[illegible]

d Si quis. ¶ Per quem §.Accur.hoc tenet in l.quæſitum.ff.de re iud.

e c.2. ¶ Et 5.q.3.ſi ægrotans.& ſuper 4.gl. præ. Decre.2.dixi reſponſionem ad leg.Papi.ſecundum Inno.& ſpecialitatem in cauſis electionum, in quibus licet ſint arduæ, neceſſe hēt infirmus procu.ꝯſtituere.ibi vide. ¶ Adde, vt p legiſtas in l.quæſitum.de re iudi.Et an carceratus teneatur mittere procuratorem, ſi fuit citatus ad audiendum ſententiam, Ange.conſi.165.tenet ꝙ ſic.

f §.adeò. ¶ Hucuſq; verba Alber.Gal.eo.ti.circa medium interſeruit tamen ꝙ inualetudo mentis, non quia furioſus eſt, uel mentecaptus, excuſet ab inobedientia, & pœna ſufficiat Decr.cle.de homi.ſi furioſus.ubi concor.in 1.& 2.gl.In ualetudine autem coporis diſtinguit: ut in l.ff.de uaca.mu.l.2.§.corporis debilitas. cuius textum Canoniſt. uideat. extrà, de teſtibus.ſi quis teſtium. In ſuffragio dixit Guid.de Suz.ſuper l.fin. C.eo.nulla eſſet immunitas infirmitatis, ſi tenerentur infirmi procuratorem conſtituere, cum ſanis id ſufficiat, ut ibi.

## Quando contra procuratorem opponitur ratione formę constitutionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Tabellio non fit, niſi à principe, vel à ſe commiſſo vel comite, vel marchione iuriſdictionem habente.*
2 *Literis priuatæ perſonæ non eſt credendum in facto alieno, niſi probetur.*
3 *Calumnię ſacramentum exigendum eſt ab eo, qui ſine inſtrumento & literis dicit ſe procuratorem.*
4 *Procuratorium, in quo dicitur, Promitto me ratum habiturum, quicquid per te fuerit legitime procuratum: non valet.*
5 *Procurator datus ad litem conteſtandam, an poterit litem vlterius proſequi.*
6 *Procurator conſtitutus ad proponendum exceptionem tantum, non poteſt procedere.*
7 *Clauſula illa, & ad omnia, quæ facienda occurrent: requiritur in aſſignatione termini ad teſtes producendos.*
8 *Procurator ex parte actoris ad vnum ſolum capitulum conſtitutus, an teneatur ſatiſdare de defendendo.*
9 *Procuratorium generale, in quo tamen non exprimitur tempus præſens, vel futurum, an extendi poßit ad futura.*
10 *Obligatio generalis comprehendit bona tam præſentia, quam futura,*
11 *Indefinita locutio æquipollet uniuerſali.*
*Vbi in procuratione eſt verbum ambiguum, debet conſtituens illud interpretari.*
12 *Conſtitutus ſuper fundo, molendino, domo, & alijs rebus, nunquid ſit procurator ſuper contentis in eis.*
13 *Clauſula illa, nolo ꝙ valeat vltra annum, in mandato generali, vel aliàs ſufficienti appoſita, quid operetur.*
14 *Procedendo per ſpeciale mandatum, videtur generali renunciare.*
15 *Mandatum ſub proprio ſigillo factum debet datam, diem, conſulem, &c. continere, aliàs eſt inualidum.*
16 *Duo vel plures ſi ſimul ſimpliciter ad unam cauſam conſtituātur, an vnus ſine altero agere, vel defendere poſſit.*
17 *Vbi ſint plures conſules an vnus eorum agere poſſit.*
18 *Fieri poteſt per pactum, quod poteſt per legem.*
19 *Procuratores plures cum ab aliquo conſtituuntur, & dicitur quod vnus ſine altero nil poſſit, quid obſeruandum.*
20 *Nomen conſtituentis & conſtituti, & contra quem, & in qua cauſa, debet in mandato procuratorio contineri.*
21 *Exceptio procuratoria, & dilatoria duobus modis dicitur.*
22 *Pars ſemel procuratorem approbans, an amodò poterit eum recuſare.*
23 *Procurator comparens ad iudicium firmandum die ad iurādum de calumnia aſſignata, quo pacto poſſit iurare.*
*Falſus procurator dicitur, qui fines mandati excedit.*
24 *Procuratorium originale in iudicio exhibitum, quomodo poßit reddi parti producenti.*

3.§.Ratione autem formæ conſtitutionis opponitur ꝯ procu. quia non continetur ibi ad qd eſt conſtitutus: puta ad agendum, uel ad defendendū.ext. e. accedens.& c.conſtitutis.de app. Nicolao Veruntamen in cauſa electionis is, qui habet tantum mandatum ad excipiendum ꝯtra electionem, poteſt litem conteſtari, & omnia facere, vt quidam dicunt: & quære hic, vt dixi ſ.§. 1. uer.item excipitur, ꝙ licet hēat. Item quòd literæ procurationis parti, vel iudici non diriguntur, quod fieri debet: vt in præ. l. ſi procuratorem.& ff. rem ra. ha. ne ſatiſdatio. Item, ꝙ non ſunt factę per manum publicam, uel quod tabellio fuit ignotus, uel ſeruus, vel vilis, vel deportatus: his obie-
1 ctis vacillat fides inſtrumenti.†¶Nō enim fit tabellio, niſi a principe, uel ab eo, cui ipſe commiſerit: vel a comite uel a marchione iuriſdictionem habente. hoc probatur in Auth. de teſt. §. ſi uerò ignoti.ff de eden.ſi quis ex argētarijs.§.cogētur. C. lib.10 de tab. l. generali. & per totum. ff. de pub. quęcunque in fin.qui teſt fa, poſſunt. l. 3. ff. quod ui aut clam. prohibere.in fine. 1. reſpon.in Auth.coll.4.de tab.& de inſtrumento.caut. & fide. col. 5. & j. de inſtr.edit.§.reſtat.uerſ.ſed quid ſi. Item, quod non ſunt ſigillo authentico

thentico ſigillatæ, ſed ignoto, vel falſo, vel non habente chara-
cteres, vel habente, ſed illegibiles. C. de epiſc & cle. ſi qua. in fi. C.
de mand. principum. l. vnica. ext. de probat. poſt ceſſionem. extr.
de cle. peregr. c. 1. 11. queſt. 3. curent, extra de fide inſtr. inter dile-
ctos. ff. de teſti. ad teſtium §. ſignum. 117. diſt. victor. & c. nobiliſſi
2 mis. † Priuatæ vero perſonæ literis non videtur credendum in fa-
cto alieno. niſi probentur. C. de prob. inſtrumenta. & l. ſeq. ff. de le.
2. l. ſi. in prin. ext. de fide inſtr. ſi ſcripturam: quia dicto vnius non
creditur. ext. de teſtibus. licet. el 1. 33. q. 2. admonere. Nec teſtimo-
niis. ext. de cohab. cle. tua. ar. contra ff. de procu. l. ſi procuratorē.
Sed illud in proprio facto. & ff. rem ra. ha. ne ſatiſdatio Sed diſtin
a gue inter iudicem authenticū & priuatum [a] C. de app. cos. de hoc
vide j. in ti. de probat. §. videndum. ver. 10. in his tamen caſibus,
& in his, qui ſunt ſ. ver. prox. admitti poteſt, ſi offerat cautionem
de rato, ſi dicas te dubitare de mandato j. de ſatiſda. §. viſo. Vnde
b caue, ne hoc dicas [b] in ſigillo, vel alijs. C. de procu. l. 1. ext. e. c. j. ſ. de
offi. dele. corā vbi vero inſtrumento vel literis etiam in modū ex-
ceptionis falſitas opponit: tunc non admitterē eum cum cautio-
ne de rato, niſi probet verum eſſe inſtrumentum, vel ſigillum. C.
ad leg. Cornel. de falſ. l. fi. & l. ſi quis in fin. C. de fide inſtrument. l.
plures apochis. C. de probationi. iubemus. licet contra utentem
inſtrumento alibi diſtinguatur. ff. de acqui. hæredit. cum falſum.
3 † Porrò ubi quis ſine inſtrumento & literis dicit ſe procu. & hoc
c vult probare per teſtes, [c] exigere debet prius calumniæ ſacramen
tum. C. de iur. calum. l. 1. ext. de elect. cum dilecti. ver. nos verò. &
præſtabit illud dominus, non ipſe, ſecundum quoſdam: vt no. eo.
ti. l. 2. & probatur in Auth. principales. Alii dicunt, ꝙ ipſe, qui ſe
dicit procur. illud præſtabit: quia hoc negotium extraordinariū
eſt: & in hac cauſa ipſe principalis eſt, ff. de dam. infec. qui bona. §.
ſi alieno. ar. ext. de iur. cal. in pertractandis. Hoc autem certū eſt,
quod per ſigillum ad cauſas deputatum, non poteſt procurator
conſtitui: vt ext. de app. ſignificauit ſecus ſi eſſet ſigillum alterius
& notum: vt C. de teſti. ſi vnus. præſertim ſi ſigillans aliud non ha-
beat: vt j. de cita. § iam de citatione. uerſi. literis igitur. Secūdum
vſum autem cancellariæ Romanæ curiæ, non valet procuratoriū
ibi factum ad impetrandum & contradicendum, niſi fiat ſub ſigil
lo auditoris ꝯdictarum. Et licet multi præſumant hoc inductum
propter quæſtum, tamen utiliter eſt inductum, ad multas frau-
4 des excludendas. † ¶ Item excipitur, ꝙ in procuratorio dr̄. Pro-
mitto me ratum habiturū, quicquid per te fuerit legitimè ꝓcura
tum; quod non ualet. Nam ſemper diceret: Non eſt hoc legiti-
me factum. Debet ergo ſimpliciter dicere: Quicquid ꝑ te fuerit
procuratum. ff. de procu. ſi procuratorem. 2. q. 5. quæ de cauſa. in
fin. ext. de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. prope fi. & de dolo &
d contu. cap. fin. ſecundum Ioan. & Ber. [d] Alii contrà: nam ſemper
intelligitur, quòd legitime procedat. argum. 21. queſt. 1. relatio.
e vbi de hoc. [e] & conditiones, quæ ipſo iure intelliguntur, non li-
gant contractum, ſi exprimantur. ff. de cond. & dem. cōditiones.
extr. de elect. ſignificaſti. ext. de præſum. c. fin. Prius dictum verius
credo, quod licet procur. in aliquo exceſſiſſet, non ob hoc ſenten
tia reſcinditur: imo domino præiudicabit: ſed ipſe habebit recur-
ſum contra procu. C. de procu. ſi procurator. extr. de cauſa poſſ.
& proprie. cum olim. ext. vt lite non conteſt. c. 1. in fi. Sed ſi dictū
ſit, quicquid legitime, &c. tunc poſſet cauillari, vt dixi. Dominus
tamen Clem. Papa IIII. lumen iuris, viſus eſt in ſententiam ſe-
cundam declinare. Item, quod in literis procuratoriis rei domi-
nus non expoſuit ſatiſdationem, per quam ipſe dominus ſub hy-
potheca rerum ſuarum. fideiuſſor ſui procuratoris exiſtat iudica
tum ſolui. Inſti. de ſatiſ. §. ſi vero aliquis etiam ſi apud acta ꝯſtitua
f tur: vt C. e. l. vnic. in fi. & C. de conſor. eiuſ. li. l. 2. [f] Item, ꝙ ipſe fuit
generaliter ꝯſtitutus, & alter ſpecialiter. ff. eo. l. 1. 2. & 3. ext. eod. c.
1. de reſcr. cap. 1. Veruntamen niſi ſpeciale ſequatur, generale va-
let, & ſufficit ad lites: vt ff. pro ſocio. l. actione. §. renunciare. ff. l. de
iniu. ſed ſi vnius §. procur. niſi in caſibus, qui no. ſ. §. 1. uer. item op
5 ponitur, ꝙ licet. † ¶ Quid ſi dedi procuratorem ad litem conte-
ſtandam, nunquid ille poterit litem vlterius proſequi? Videtur
ꝙ ſic. ar. C. de procu. l. procuratorib. ff. e. l. qui procu. Nam per li-
tis conteſt. factus eſt dominus, & domino inuito procedet, & eo.
ti. poſt litem. & eſt ſimile. ff. de lib. & poſth. ſi ita. § regula. ꝯtra. C.
g eo. ſi procur. & l. maritus. ibi, id ſolum; &c. ff. e. l. 1. §. 1. [g] Tu dic, ꝙ
ſi dedi ad litem conteſtandam tantum, tunc non poteſt ultra pro
h cedere. Si uero dedi ſimpliciter ad litem conteſta. tunc poteſt. [h]
6 † ¶ Quid ſi ꝯſtitutus eſt ad proponendum exceptionem tantum?
Videtur non valere, ff. eo. omnes. & l. fin. ext. de app. Nicolao. &
ext. de dolo & contum. venerabili. quod verum eſt, quod conſti-
tuens fuit citatus, vt reſponderet per ſe, vel per ſufficientem re-
ſponſalem: alioquin contrà. C. eo. ſi ad vnam. De hoc. ſ. §. 1. verſi.
quid ſi conſtitutus. Et breuiter no. quod iuſte conſtituitur pro-
curator in iudiciis ante litis conte. ad proponendam cauſam ab-
[illegible], & probandam. vt ext. de proc. querelam. & no. ſecundum
[illegible] ext. de acc. veniens. Item etiam ad agendum & defenden-
[illegible] teſtes producendum, & ad appellandum, & ad alia hu-
iuſmodi, quæ poſt litem conteſt. occurrunt. Sed ſi ante libelli re-
ceptionem conſtituitur proc. ad proponendas cauſas recuſatio-
nis, uel dilatorias, uel declinatorias fori, vel ad aliud huiuſmodi:
non eſt idoneus ꝓcurat. quia ſemper in prin. eſt libellus mittēdus
vel offerendus reo: vt 3. q. 3. c. induciæ. § ſpacium. ver. offeratur,
at per tale mandatum non habet talis proc. poteſtatem recipien-
di libellum nec recuſanddi, nec excipiendi. Alii dicūt, ꝙ proc. cō-
ſtitutus ad excipiendum tantum, bene eſt admittendus & excipe-
re poteſt,

## ADDITIONES.

a Priuatum. ¶ Remiſſio declarat hoc dictum: quia poteſt diſtinguere inter iudicem maiorem & minorem, & ſolenniter iudicem & priuatum. ¶ Adde, ꝙ tabellionatus officium eſt vtile, & creari poſſunt tabelliones ab epiſcopo, & à quolibet ordinario in ſua diœceſi, ſecundum Old. eius conſi. 75. incip. quæritur quis poſſit. & ibi dicit Hoſt. ita tenere in c. cum P. tabellio. & in Summa eo. tit.

b Hoc dicas. ¶ Te dubitare de mandato propter ſigillum, vel alia: & fuerunt hæc verba Vber. primo. Io. de Deo, poſt eum locis, quæ allegaui ſuper rub. ibi etiam ſic tenebat diſtinctionem But. ¶ Adde ꝙ Bald. & Sal. in l. 1. C. e. dicit Io. An. in c. quamuis. extr. e. & Arch. 73. diſt. in nomine domini. Hoſti. & Io. And. in c. 2. de ſol. tenere, ꝙ ſolum ſigillum non ſufficiat ad probandum mandatū plenè: ſed bene ſufficit cū cautione rati: ꝑ tex. in d. c. 2. vbi æquiparatur traditio ſcripturarum, & traditio ſigilli. Ergo ſicut traditio ſcripturarum ſufficit cum cautione rati: ita & eodem modo traditio ſigilli. Et ꝙ ſufficiat traditio ſcripturarum cum cautione rati, tenuit Paul. de Caſtr. in d. l. 1. Rom. conſi. 416. & quando deferenti ſigillum domini ſit credendum, vide d. Alex. in c. ſignificauit. ext. de appel.

c Teſtes. ¶ Videtur auctor præſupponere & Vber. pri. & Io. de Deo quorum fuerunt hæc verba, vt proxime dixi. & Azo. in Summa huius titu. vltra medium, ver. eſt aliud. & vide j. de ſatiſd. §. viſo. in prin. quod procuratorium poſſit probari per teſtes, quod conſuetudo iudiciorum non recipit, & maximè ex parte actoris prouocātis. Ex parte autem rei ad excuſandum ipſius contumaciam, & impediendam miſſionem vel excommunicationem cōtra dominum, ſatis congruum eſſe talem probationem admitti, ſi talia erant in fieri, & ſolum ad illum finem, non proſecutionem litis: & maximè ſi dicant inſtrumentum ſtatim portandum: quia feſtinè peruenerunt. Alias autem uia parata eſſet reo fugienti protelandi litem, ordinando quòd aliquis dicens ſe procuratorem ſuum, petat dilationem ad producendos teſtes ſuper mandato, & illos producat, quos fortè & reprobari continget: & habebit fortè lōgiorem tractum articulus iſte, quàm principale. Ad materiam facit quod no. j. de proba. §. videndum. ver. ſed nunquid delegat. Cyn. ſuper l. 1. C. e. ti. in 6. q. refert Pe. de Bel. Per. hoc tenere, ꝙ procuratorium non probetur ꝑ teſtes: ſed per inſtrumentum: cuius probatio eſt probata. Inſt. de ſatiſd. §. ſin autem. Probatio autem teſtium non eſt probata: quia improbantur. Mihi non concludit hoc: cum ex perſona & dictis reprobetur vtrunque. Inducit etiam quandam rationem prolixam, ſumptam ex l. 2. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. §. defendi. quæ etiam mihi non concludit, vbi depoſitiones teſtium eſſent in actis. Vnde dabat cautelam Gul. An. ſub hoc tit. in 1. q. ꝙ iudex interloquatur probationem hanc per teſtes fieri poſſe: & redigatur in actis. & ſic valebit probatio ex decreti pronunciatione, & actorum recitatione. C. ſi mater indemni. promi. l. vltima. Dicebat etiam diſtingui poſſe, an fiat procurator in ciuitate, aut in rure: vt primo caſu requiratur inſtrum. vel litera, ſecundo ſufficiant teſtes. Sic alibi diſtinguitur. C. ſi cer. pe. Auth. ſed nouo. de fide inſtr. Auth. at ſi ꝯtractus. & de teſt. l. fi. Iac. autem de Ra. admittebat probationem mandati per teſtes in iudicio paratos, & omni exceptione maiores: alias ſi parati non ſunt, vel exhibentur, facile repellendi: tunc vt alterationem tollat: & ne iudicium protelletur, talem probationem non admittit. ar. Inſti. de excep. §. fi. Fateor durum eſſe detrahere ꝓbationi teſtium, ne æquentur inſtro, ꝑ tex. vtriuſq; iuris: ſed ecōtra. Fateri ergo oportet aliqua melius probari per inſtrumenta: vt no. de prob. tertio. Item eſſe certos caſus, quib. ſcriptura requiritur: de quib. j. de inſtro edi. §. reſtat. & de cenſi. Rom. lib. 6. nec inique iſtud illis adiungeret: quis enim teſtis bene memorabit, quis, quē ad quid, corā quo proc. ꝯſtituit, & cum qua poteſtate, & cum qua limitatione: & cum qua ratione: & ſi generalem clauſulam præcedebat aliud ſpeciale, & his ſimilia, quæ facile in inſtrumento clareſcunt. Placet ergo conſuetudo iudiciorum, quæ talē probationem non recipit, vt prius dixi. Pro qua facit cle. e. ti. c. 1. in prin. & in fi. quod tū ꝯmendo, quo ad lites proſequendas. ſi u. de pter ito tractaret, an talis fuerit procu. rōnes prædictæ non vrgent: & merito ꝓbatio admittetur, ſiue qō ſit inter procu. & dñum: ſiue inter alterum eorum & tertiū: ſiue inter duos tertios. ¶ Adde. ꝙ opi. Io. An. reprobat Panor. in c. 1. ext. e. ſequutus opi. gl. ibi, ꝙ per teſtes ꝓbetur procurator. Idē tenent Bar. Imo. & Ale. in l. 1. C. e. Ang. clariſſime ſequit̄ opi. Bar. ꝯſi. 291. inci. viſis omnib. Item mandatū probat̄ ex eo ꝙ notarius actorum exhibet ſcripturam hoc modo, ſ. hæc eſt copia mandati Titii: licet aliter non appareat ex originali de mandato: vt voluit Pe. de Anc. ꝯſi. 40. inci. prima facie. Pronunciatio aūt iudicis ſola ſuper legitimatione procuratoris, non ſufficeret, vt dixi. probatur ēt mandatum ꝑ ſcripturā priuatam, vt no. in 1. notab. e. ꝑ s Alex. in c. ſignificauit. ext. de app. Itē mandatum ad ſolutionem recipiendā per teſtes ꝓbari non pōt: quia ſoluentes debent hr̄e plenam ſecuritatem per ſcripturā ſolennē l. plures apochis. C. de fide inſtr. quæ fieri non pōt: ex quo mandatum non eſt in ſcriptis. l. ſicut inſtrumēta. C. de lib. ca. & hic ſm̄ Bald. in l. ſi falſus. in 14. col. C. de fal.

d Ber. ¶ In c. relatio. quod ſtatim allegatur.

e De hoc. ¶ Et vide quod dixi. de dila. c. vl. ſuper gl. & ita. Adde Ludo. Rom. conſi. 60.

f l. 2. de hoc j. ſatiſd. ver. expedito. poſt prin. & j. §. prox. ver. ſi verò reus.

g §. 1. ¶ Vſque huc fuit Albe. Gal. eo. ti. uer. ſed quid ſi dedi. cui continuatur ſequens ver. vſq; ad remiſ.

h Poteſt. ¶ Secundum Inn. & vide quod ſcripſi [illegible] etitio. in gl. ꝑ hoc. & qd̄ no. e. ti. c. 1. §. 1. in 3. gl. & quod ſuper ea dixi [illegible] ꝙ dictum [illegible] ſequitur Pau. de Caſt. conſ. 335. incipiente, [illegible] mis.

re poteſt, etiam ſi non habeat mandatum ad defendendum, vel li-
bellum recipiendum, ꝙ dic, vt no. ſecundum Papam, ext. de pro-
a cur. conſtitutis. [a] † ¶ Illud ergo no. ꝙ quando aſſignaẗ terminus
7 ad teſtes producendos, uel aliud huiuſmodi, ſemper debet adiici
clauſula illa. Et ad omnia alia, quæ facienda occurrent: alias ſuffice
ret domino conſtituere procuratorem ad producendum teſtes,
& taliter conſtitutus nõ tenetur, niſi ad hoc, & alia circa hoc ne-
ceſſaria. Et ſi ex aliqua cauſa teſtium productio omittatur, nõ pro
cedetur ad alia cum ipſo: cum non ſit ad alia proc. Veruntñ proc.
quantumcunq; diſtinctè ad certum articulum datus, poteſt quo
ad alia, quæ ſequuntur in iudicio facienda, recipere terminum,
ne circunducatur edictum 11. quæſ. 3. certum. ſecundum Papam.
8 † ¶ Sed illud quærit, utrum proc. ex parte actoris ad unum ſolum
b capitulum conſtitutus, teneatur ſatiſdare de defendendo? [b] Et vi-
detur ꝙ ſic: nec aliter admittet. arg. ff. de admi. tut. ſi duo. ff. de ac-
c qui. hær. ſi ſeruus eius, qui. ar. contra. ff. e. mutus. §. pœna. [c] & l. ſer-
uum. §. pe. & ſi & hoc videtur Vber. ſentire. Item, ꝙ licet ſit gene-
raliter ad omnes cauſas, ꝯſtitutus, tamen tantum ciuiles reſpicit
& non criminales, vt dictum eſt ſ. § 1. verſic. ſed nunquid media.
9 † ¶ Sed quid ſi procuratorium eſt generale ad omnes cauſas, nec
ponitur ibi aliquod uerbum, per quod innuatur loqui de præſen
tib. uel futuris, quia in eo continetur ſic: Conſtituo te proc. meum
in omnib. cauſis meis contra quaſcunque perſonas, &c. nunquid
poteſt extendi ad futura? Non videẗ. ar. ff. man. diligenter. ext. de
d de reſcr. cum dilecta. & cap. ſi. & c. nonnulli. [d] ¶ Nam in obligatio
10 ne generali tam præſentia, quam futura bona comprehendun-
e tur. C. quæ res pig. ob. poſſ. l. ſi. ff. de pig. & quæ nondum, [e] Dic, ꝙ
cum poſſit conſtitui ad præſentes & ad futuras: vt ſ. §. 1. in ſi qua
ratione poteſt extendi ad præſentes & ad futuras. Nam & dicen-
do omne argentum, intelligitur non ſolum de eo, quod in præſen
ti habeo, ſed de futuro: vt ff. de aur. & arg. lega. filiam. & dicendo
lumen, de quolibet lumine intelligitur. ff. de ſer. vr præ l. ſeruitus.
11 † quia indefinita locutio æquipollet vniuerſali: vt 19. diſt. ca. 1. &
f ext. de priu. quia circa. & ſic obtinuit. [f] Vbi aũt in ꝓcuratione ali-
quod verbum eſt ambiguum, dẽt ꝯſtituẽs illud interpretari. C. de
legi. & ꝯſt. l. ſi. C. de ſacroſ. eccl. omni nouatione. ff. de ꝓto. ſtip. l. in
ꝓtoriis ſtipulationib. ff. de verb. obl. in cõuentionalib. ext de ſent.
exc. inter alia. ext. de ſponſalib. ad audientiam. ar. tamen ꝙ contra
conſtituentem ſit interpretatio facienda. ff. de pac. l. veterib. ff. de
g contrah. empt. l. Labeo. [g] † ¶ Quid ſi ſit conſtitutus ſuper fundo,
12 molendino, domo, & rebus aliis, nunquid eſt proc. ſuper conten-
tis ſub clauſula illa? Reſp. ſic: ſicut dicimus in iudice. ext. de reſcri.
paſtoralis. ar. cõtra, ext. de off. del. cum olim. ſed ibi in procurato-
rio non erat clauſula generalis. Hinc eſt quòd ſi ſit ſimpliciter ꝯſti
tutus ſic: Conſtituo te in cauſa, quæ vertitur inter me, & T. & in
reſcripto continetur, ꝙ ego iniurior te ſuper hoc & rebus aliis,
h intelligitur ſuper omnib. expreſſim conſtitutus, ſecundum P. [h]
13 † ¶ Quid ſi mandatum ſit alias ſufficiens. in fin. tamen dicitur, no-
lo quod valeat vltra annũ: & ſi aliquid per eum fieret, nolo illud
valere: nunquid eſt admittendum? Non videtur. ar. ff. ex qui-
bus cau. ma. item ait. §. pen. uidetur enim fraudem fieri, vbi princi
palis diſtat, vt poſt annum poſſit nouas inducias obtinere: cui ob-
uiandum eſt, ext. de reſcr. ſedes. cum ſuis concor. Dic, admitten-
dum fore: quia proc. ad tempus poteſt ꝯſtitui: vt j. de ſyn. verſic.
i etiam quæritur, ecce ſyndicus. & ſic obtinuit. [i] niſi enim poſt an-
num ſufficiens procu. appareat, vbi lis eſt conteſtata maxime pro
cedetur contra dominum tanquam contra contumacem. arg. C.
k de iud. properandum. [k] † ¶ Item pone, Titius exhibet duo man-
14 data eiuſdem datæ, vnum ſpeciale ad cauſam, quæ agitur: aliud
generale. ex vi ſpecialis ſubſtituit Titius alium ſibi: demum ſubſti
tutus ante litis conteſt. recedit. Titius verò ex vi ſpecialis manda
ti non poteſt reſumere, cum non contineatur in eo, quod poſ-
ſit cauſam reſumere, uel ſubſtitutum reuocare; quæritur an Ti-
tius poſſit ex ui generalis mandati cauſam reſumere? Dic, quod
non? Nam procedendo per ſpeciale renunciaſſe videtur gene-
rali. Et præterea generali detrahebatur, quo ad cauſam illam per
ſpeciale mandatum. extra de reſcrip. capi. 1. & de proc. non iniu-
ſtè. ff. e. pluribus & l. ſi quis cum proc. in ſi. Et ſic nec per ſpeciale
nec p generale cauſam poterit ſumere. Et ſic ſentiebat dominus
Clemen. Papa IIII. & omnes palatii auditores: & ſic obtinuit.
15 † Sed qd ſi in mandato ſub proprio ſigillo * facto. qd poteſt fie-
* ri: ut j. §. proxi. uer. ſi autem. non continetur data? [l] Prædicti di-
l xerunt non ualere: tum quia in talibus data, & dies conſul, &c. [m]
m ponenda ſunt. extra, de reſc eam te. & de fide inſtr. inter dilectos
& in Auth. ut nomen Imper. 25. q. 2. reſcripta tamen propter pe-
riculum, quod contingere poſſet, ſi de eius reuocatione dubita-
retur per aliud poſterius: vel quia forte procu. diceretur excom-
municatus ante cõſtitutionem eius: & ſimilia. extra, de prob. poſt
ceſſionem. de proc. c. ſi. & ſic obtinuit. Arg. tamen ſ. ff. de pi. l. pe.
§. j Sed ibi non reſpondetur ad illam quæſtionem, de qua ibi quę
ritur, vtrum epiſtola [illegible] at. De hoc no. dominus meus extra, de
n fid[illegible] inter[illegible] n excipitur, ꝙ licet habeat mãdatum

ad agendum, non tamen ad defendendum quod dic, ut ſ. §. j. uer.
item excipitur ꝙ licet. & j. in ti. de ſatiſd. §. ulti. uer. item no. Itẽ ꝙ
licet plures ſint ſimul & in ſolicidum dati, alter tñ prius hoc offi-
cium occupauit, quàm is, qui nunc uult agere, uel defendere: ut
ext. de

## ADDITIONES.

a Conſtitutis. ¶ Ibi poſt eum & Hoſt. plenè ſcripſi in gl. dicunt Inno. & Hoſt. & ibi ſequentem uer. plenius inuenies ibi etiam ſatis de procuratore ꝯſtituto ad ea: quæ certa die occurrunt agẽda. Sed vltra ea fuit hic diſputatũ. ſi iudex impeditus ꝓrogauit tũc agenda ad aliam diẽ: an illud ꝓcuratoriũ ſufficiat ad diẽ ꝓrogatam. Et terminatũ fuit ꝙ non, ex quo ad diem determinatum fuerat conſtitutus. Facit de off. dele. cum olim. 1. de app. ſignificauit. de ꝓb. cui de non. lib. 6. C. de proc. maritus. ff. de arb. non diſtinguemus. §. fin. ff. iud. ſolu. cum apud & ꝯſtituens hoc euenire ſolere & poſſe, debuit cogitare. 2. q. 6. anteriorum. §. ad hoc. Facit de homic. is qui, lib. 6.

b Defendendo ¶ Vide quod dixi ſ. §. 1. ſuper ver. item excipitur, ꝙ licet.

petrandum & contradicendum, probabitur appellatio? Reſpon
deo ſic, probato procuratorio, etiam ſi in eo fiat mentio de appel
latione: & hoc propter uehementem præſumptionem, quam in
ducit ipſa confeſſio procuratoris. arg. contrà, extra, de ſuc. ab in-
h teſt. c. fi. & ſic obtinuit.[h] Licet confeſſio, quam fecit impetrãdo,
non extẽdatur ad cauſam, quæ ſuper appellatione uel beneficio
agitur: ſed tantũ ad negotium procuratoris. ext. de ap. Nicolao.
& de renun. ueniens. Tutius tamen eſt per iuramentum hoc ex-
pediri ratione præſumptionis. extr. de iureiu. c. fi. Sola autem li-
tera,

ADDITIONES.

a Verbum. ¶ Lex ſecunda eſt, & idẽ de electione omne ꝯmiſſa. § porro. lib. 6.
b FORMA. ¶ Aegi. rubrica ſua 12. in prin.
c Præcedenti. ¶ Proxima, in qua non eſt illud uerbum. Et aduerte: quia in il-
la forma dicitur ad ſolutiones faciendas, & recipiendas.
d Inductam. ¶ Hoc placet Albe. Gal. qui dicit quod uidetur caſus. ff. de pig.
act. l. ſolutum. §. ſolutam. ibi: procuratori eius, uel ſeruo, &c. Inducit etiam
ff. de neg. geſt. ſoluendo. cum ſua gl. & ff. de ſolut. ſi quis ſeruo. in princi. hoc
no. eo. ti. ante fi. Et hoc mihi placet in procuratore ad negotia, uel miſſo ad
cauſas & negotia: de quo loquitur illa forma, vt patet ibi. In procuratore
autem lit. tantum procedunt contraria Digeſtorum inducta. & ad l. ij. C. ſo.
ma. in fi. innuit, quod exigere & accipere ſint diuerſa. Hoc fateor, quia ſtri-
ctè exigitur ab inuito, accipitur à uolente. de cenſi. exig. lib. 6. & vt diuerſa
cenſentur in procuratore litis tantum. ¶ Adde quod idem communiter te
nent docto in l. 3. ſolut. matri Bald. in l. falſus. C. de fur. Bar. in l. hoc iure. ff.
de ſolu. Ange. in l. ſolutum. §. ſolutam. ſup. alle. Ro. tamen in d. l. iij. ſequitur
Fede.
e Forma. ¶ Prima ſcilicet huius §. in prin.
f Verius eſt. ¶ Secundum Alb. Gal. eod. tit. ante fi.
g Seruata. ¶ Conſilium de tribus mandatis dandis procuratori in cauſis ap
pellationis. ſcripſi de renun. veniens. ad finem.
h Obtinuit. ¶ Puto ꝙ ꝯrium inducit propter literam ibi, non tanquam ſuf-
ficienter probantes: tamen Compo. in decre. ſtatuimus. de elect. in glo. ꝙ ſi
papa. verſi. item quæritur, ſi ſufficit. allegabat illam pro, & dicebat ſic obtẽ
tum quod ſufficeret: tamen ut dictum eſt, per id non apparet eo tempore
ſeruata. uide quod no. in Cle. de elect. conſtitutionem. ad fi. in glo. plena, ſu-
per uerſi. fides.

tera,quæ impetratur,non probat appellationem, quia confeſſio procuratoris nõ nocet domino,niſi in cauſa uel negotio,ad quã, uel ad quod eſt conſtitutus extra, de off dele.cum olim.de elect.
20 innotuit.in fi. † ¶ Quid ſi procurator occultat mãdatum, ne per hoc poſſit iuxta præmiſſa probari appellatio in curia Romana,
a ſicut ſæpe fit:ut in præ.c.ſæpe.in prin. [a] nunquid debet cogi illud exhibere?uidetur,quod ſic,arg.C.de his qui ad eccle confu.l.fi §. ſane.uer.ſicubi.C. de here.quoniam.in fi.& 14.q 2 ſuper.Ego tñ non cogo, niſi quando vult dominum defendere ext.de prob.c. 1.Sed pone:ecce habens mandatum ad impetrandum & cõtradicendum,impetrat ſuper aliqua appellatione: auditor autem generalis palatii reuocat ad ſe literã ad inſtantiã partis:quæ dicit, cauſam huius appellationis debere in curia agitari, & literam nõ debere tranſire:ſed idẽ procurator dicit non debere ibi agitari:nunquid admittetur ad cognoſcendum de hoc ex ui illius mandati? Reſpondeo ſic:quia hoc eſt de negotio impetrationis:ſed ad alia hoc expedito non admittetur:ut extra,de renun. veniens.in fi.ſic
21 obtinuit. † ¶ Mandatum autem ad mutuum ſuſcipiendum,quia hoc quotidianum eſt,ſic concipitur:
b FORMA. [b] Vniuerſis,&c.talis epiſcopus ſalutem in domino. Vniuerſitati veſtræ præſentibus innoteſcat, quod nos talem facimus,conſtituimus,creamus & ordinamus noſtrum procuratorẽ generalem & ſpecialem nr̃o,noſtris, & eccleſiæ noſtræ negotiis, apud ſedem Apoſtolicam promouẽdis, explicandis,gerendis & expediendis,ſibi per hanc patentẽ lr̃am mãdantes, & ſpãlem,plenam,liberam & abſolutam ptãtem dantes,& concedentes,vſque ad ſummã centum marcharũ argenti coniunctim uel diuiſim ,ſimul ſeu particulariter:vno de diuerſis tẽporibus, noſtro & eccleſiæ noſtræ nomine,mutuum ꝯhendi,& mutuo ſuſcipiendi,ac ſuſceptum pro prædictis & in prædictis negotiis expendẽdi,à quocunq; ſeu quibuſcũq; creditore ſeu creditorib.vndecunq; & vbicunq;,& cuiuſcunq; ꝯdõnis fuerint: ac ẽt nos & ſucceſſores noſtros,ac ipſam eccleſiam noſtrã,bonaq; omnia & nos, & dictã noſtram eccliam quocunq; modo pertinẽtia pñtia & futura, mobilia & immobilia,illi uel illis, à quo uel à quib.præfatã pecuniã receperit p ſolennẽ ſtipulationẽ, uel aliter obligandi pro ea,noſq; eis ipſa in pręſentiarũ ẽt obligamus, iurandi ẽt in animã noſtrã ꝙ loco, tpe & termino à dicto procuratore vna cum creditore ſeu creditoribus ſtatuendis: præfatum creditũ cum omnib. expenſis, damnis & intereſſe,cãbio & acceſſionibus, de plano reſtituemus ac integraliter perſoluemus,& ꝯctum ipſum alias quomodo libet & in aĩam noſtrã iureiurando vallandi, inſuper etiam renun. iãdi nomine noſtro exceptioni non habitæ, ſeu nõ receptæ pecuniæ, uel inutilitatẽ eccleſiæ non conuerſæ,exceptioni doli, cõdictioni ſine cauſa,& indebiti,& in factum ſubſidiarię, & generaliter omni beneficio & priuilegio fori, reſtitutionis in integrum,conſtitutionis de duabus diætis editæ in concilio generali: literarum etiam Apoſtolicarũ & indulgentiarũ impetrandarum ſeu impetratarum,cuiuſcunque tenoris ſeu formæ exiſtãt, cõſtitutionum etiam omnium,& quarumlibet exceptionum de iure ſibi competentium,& priuilegio cruce ſignatis indulto, ac generaliter iuris canonici uel ciuilis dãtes eidem nihilominus liberam poteſtatem recognoſcendi in iudicio,uel extr.prædictum debitum:& ſubmittendi nos, ſi neceſſe fuerit, iuriſdictioni cuiuſcunque auditoris, uel iudicis generalis,uel ſpecialis,ordinarii,ſeu etiam delegati:in quem ex nunc ſcienter,tanquam in noſtrum iudicem ꝯſentimus, ꝙ poſſit, ſi neceſſe fuerit, ſuper præfato mutuo nobis præcipere, & nos condemnare,mulctare,& excõmunicare: & in nos quamlibet iuriſdictionis ſpeciem libere exercere:faciendi quoque omnia alia ſuper præmiſſis & quolibet præmiſſorum:quæ nos ipſi,ſi pręſentes eſſemus,facere poſſemus:promittentes ſub hypotheca rerum noſtrarum & eccleſiæ noſtræ,nos ratum, gratum & firmũ perpetuo habituros, quicquid per dictum procuratorẽ promotum,explicatum,geſtum,expeditum,contractum,receptum,expenſum,obligatum,iuratum & renunciatum,ſeu alias actum,ſeu procuratũ fuerit, quomodolibet in præmiſſis uel aliquo præmiſſorum, & de iure uel de facto in aliquo non contrauenire. In cuius rei teſtimonium & memoriam præmiſſorum.pręſentem literam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Datum, &c. Qualiter autem fiet ſubmiſſio,dicam infra de conclu.& renun.&
22 ex illis hanc formam poteris impugnare.† Reuocatio autẽ mandati,quæ fit præſente notario,uel teſtibus,uel etiam pręſente aduerſario,uel iudice ſi adſit:alioquin eis ſignificetur: ut not.ſ.§.1. uerſi.item quod mandatum fuit.& fiet ſic:

FOR. Quoniam ꝯ P. quem in tali cauſa, quam ꝯ talem habeo, pcuratorem cõſtitueram, ſuſpicionẽ accepi, ac per hoc de ipſius fide cęperim ( nec immerito ) dubitare:idcirco mãdatũ, ꝙ ei dederam,ex nunc reuoco,& ſibi expreſſe inhibeo, ne ulterius in pdi[...]o procedat negotio,uel ſe de ipſo aliquatenus intromittat: ex[...]e proc.ex inſinuatione.& c ſeq.& c.mãdato.ff.co.ante litẽ. [...]& l.quæ omnia. † In ſumma nota, ꝙ recipere mandatum [...]orum ab initio voluntarium eſt:ſuſceptum autẽ eſt neceſſe conſummari:vt Inſti.man.§.mandatum.ext.de off.dele.c.cũ olim abbas. Intantum, ꝙ poteſt procurator propter contumaciam excommunicari: vt probatur ſecundum Vin.ext.vt lit.non conteſt.c.1.ad fi.Sed quare excommunicabitur: nunquid ſufficit ſtipulationem committi? Dic,ꝙ vbi quis conſtituitur procurator apud acta, & ſatiſdatur pro eo præſente vel ſciente, & non contradicente,compellitur procurator præciſe defendere: nec ſufficit ſtipulationem committi. Si autem ipſe procurator cauit per ſe,vel dominus pro eo abſente, non cogitur præciſe: ſed ſufficit committi ſtipulationem ob rem nõ defenſam.ff. de proc.filius. § fi.& l ſi defunctus.& l. non cogendum.§.2.& in præ. decr conſtitutus,fui: apud acta: vt patet in integra,ſecundum Vinc. Hoc plene proſequere prout not.ff.de proc. ſed & hæ perſonæ §.pręc ter.& l.ſi defunctus. [c]

ADDITIONES.

a Prin. ¶ Et vide quod ibi ſcripſi poſt Hoſti.in gl.forſan.
b FORMA. ¶ Forma mutui in curia contrahendi.
c Defunctus. ¶ Et j.de ſatiſda.§.pe.ver.ſed quare.& ſcripſi de proc.accedẽs. ſuper gl.2.Adde caſum,quo etiam cogitur præciſe defendere in cle.eod.tit. c.1.& ibi etiam de hoc in gl.præciſe.

¶ De Procuratore in rem ſuam conſtituto.

SVMMARIVM.

1 *Nuda traditio & ſine cauſa facta in rebus corporalibus,non transfert dominium.*
2 *Ceſſio actionis non tenet,ubi actio eſt in iudicium deducta.*
3 *Procurator conſtitutus in cauſa lucratiua, non debet audiri, niſi ſatiſdet de re conuento domino defendenda.*
4 *Cedere actionem prohibetur minor ſine tutoris, uel curatoris auctoritate.*
5 *Excommunicatus, ſi cedit alicui actionem animo donandi, nunquid poterit agere prius,quam cedens abſoluatur?*
6 *Procuratorem in rem ſuam facere poteſt,quicunque ſe obligare poteſt.*
7 *Procurator in rem ſuam habet utilem actionem nomine ſuo in caſibus quibaſdam.*
8 *Obligans alicui nomen debitoris ſui, an ille poterit conueniri ante, quam conueniatur principalis.*
9 *Exceptio cõpenſationis an poſſit opponi contra procuratorem in rem ſuã.*
10 *Mutuans alicui ſummam pecuniarum, ſi ſtipuletur ſibi reddi expenſas in illius pecuniæ repetitione faciendas, poſtea autem uendat actiones ſuas, an emens poterit exigere tales expenſas ex iure ceſſo.*
11 *Cedens creditori ſuo actiones,quas habet contra debitorem ſuum, eum faciendo procuratorem in rem ſuam,an poterit talis cedens petere: & alterum,cui ceſſit,à petitione prohibere.*
12 *Forma denunciationis faciendæ per debitorem creditori,quo ad ceßionem actionis.*
13 *Debitor certus an iterum ſit certiorandus.*
14 *Cautela illi qui non poteſt intentionem ſuam probare, niſi per unum teſtẽ.*

a 5. §. Sequitur videre de procuratore in rem ſuam conſtituto. [a] Et quidem contra eum excipi-
1 tur,ꝙ nullus titulus eſt in procuratione inſertus.† Nam nuda traditio,& ſine cauſa facta in rebus corporalib.non transfert dominium ff.de acquir.re do nunquam nuda. Ita nuda quaſi traditio actionis non transfert vtilem,neque directam:quia incorporalia difficilius acquiruntur.ff de pro ſoc.l.1 § fi.& l.2.& 3.in prin.ff de pecu.quis ergo caſus.ff.ſa.er.plane.Nec tenet ſententia eorũ qui præſumunt ceſſionẽ, vbi nullus titulus continetur, eſſe donationem.ar.ff.de condi.inde.l.1.ff. de reg.iur.cuius per errorem.quia regulariter nemo præſumitur donare.ff.de proba. cum de indebito.in prin.& iunge quod no.j de ceſ.act.§.cõſequenter.uer.1.ad
2 fi.& ibi,nota ꝙ.† ¶ Item obiicitur, ꝙ actio ſibi ceſſa eſt deputata,id eſt, in iudicium deducta: vnde non tenet ceſſio.C.de liti.l.2. & fi.extr.de ali.mu.iu.cau.fa.c.2.Item quod eſt pro parte vẽdita, & pro parte donata: vt C.mandati.l.fi.Itẽ ꝙ ceſſio fuit ſimulata, vt ibi.& C.plus valere quod agitur.per totũ.extr. qui fil.ſint leg. per

ADDITIONES.

a Conſtituto. ¶ Vt dixi in prin.tit.multum adiutus fuit auctor per Vbert.de Bona. cuius etiam ad literam fuit totum iſtud princ. vſque ad ver. item qđ iura,& ver.ſed quæritur, vſque ad finẽ ſui. & hoc ſub quarta ſua rubr.in qua tractat ſub tali proc.Et vltra.j.de reſcrip.ſciendum: quod talis procu.ante lit.conteſtatio.dare poteſt procuratorem. eo.ti.c.1.§.1.lib.6.& no.ſ.§.1.ver. item excipitur,quod eſt. Item an morte conſtituti vel conſtituentis finiatur tale mandatum, no.C.de act.& obl.l.ſi quidem.& de dona.l.illam ſubtilem. Item licet vt plurimum talis procurator detur ex parte actoris, quandoq; ex parte rei:quandoque ſimul ex parte vtriuſque.& vide ꝙ not.ff de proc.l. Plautius,in glo.ſed qualiter.Item ſciendum, quod procurator in rem ſuam poteſt alienare,iuramentum deferre,tranſigere,& paciſci: quia loco domini habetur.ff.de pa.ſed ſi tantum.& l.ſed ſi fideiuſſor.de iureiu.iusiurandum quod.§.vlti.& ff.hoc e.tit.l.procuratore.& no[...]agendum.lib.6. [...]a,vt de actio. in vlti.glo.

per tuas. ꝙ præſumitur in caſibus, qui no. j. de ceſ. actio. §. 1. ver. ſi
vero. Item ꝙ facta eſt tutori vel curatori contra minorem, admi
niſtratione durante, C. qui da. tu. vel cu. poſ. aut. minori. Item de-
a bitor delegatus, [a] obiiciet contra eum ſic, Domine, ego ſolui cre
ditori meo, qui me tibi delegauit, priuſquam mihi denunciares,
b vel priuſquam mecum fueris litem conteſtatus. [b] C. de dona. l. 3.
3 † ¶ Item obiicitur, ꝙ conſtitutus eſt procurator in cauſa lucrati-
ua: vnde non debet audiri, niſi ſatiſdet de reconuento domino
defendendo. ff. de procur. ſeruum quoque. § fi. & l. ſequen. Secus
ſi non lucratiua: puta quia emit: tunc enim non cogitur defende-
re: vt ff. eodem. ſi quis in rem. vbi de hoc Item, ꝙ ipſe ratione po-
tentiæ vel dignitatis terribilis cenſetur C. ne lice. pot. l. 1. § j. & l.
4 fi. Itē, quod iura ceſſa ſunt ab illo, qui cedere non potuit. † ¶ Pro-
hibetur autem minor cedere ſine tutoris vel curatoris auctorita-
te. Item tutor vel curator ſine pupillo, niſi abſens ſit, vel fari non
poſſit. ff. ad Trebell. reſtituta. Et iunge quod not. j. de ceſ. act. §. j.
verſic. ſed nunquid minor. Item furioſus. Item prodigus: vt ff. de
verb. obl. l. is cui. ff. de reg. iur. in negotiis. Item pater filio ff. de con
5 trah. emptio. l. 2. † ¶ Quid ſi excommunicatus mihi cedit actio-
nem animo donandi, nunquid potero agere priuſquam cedens
fuerit abſolutus? Reſpondeo ſic, & ſi vendat mihi villam, in qua
habet ius patronatus, potero præſentare: & poteſt excommuni-
catus delegare poſſe ſuum, ſiue debitorem alii: & ille ſtatim aget.
Poteſt etiam alii obligari: ſed non alius ſibi. Hanc quæſtionem in-
c uenies diſputatam inter venereales. [c] Et facit ad hoc quod no. Pa
pa. extra. de do. & contu. veritatis. & ſecundum dom. meum, extr.
d de exceptio pia. Vtrum [d] autem procurator in rem ſuam dicatur
e procurator, no. ff. de procur. l. 1. [e] † ¶ Item procuratorem in rem
6 ſuam facere poteſt, quicunque ſe obligare poteſt. & actionem ha-
bet. Quis autem ſe obligare poſſit, not. in Summa Azo. in titu de
pact. & de hoc j. de ceſ. actio. Sed quæritur, an talis libellus ſit ad-
mittendus: ago contra P. petens ab eo cētum: & ego ex iure mihi
ceſſo à T. creditore: & an directam vel vtilem tunc videat inten-
tare actionem, an vtranque? Et quidem communis vſus talem li-
bellum admittit, nullo alio exquiſito: tu tamē exigas cauſam ceſ-
ſionis: & an ſit lucratiua, vel ſimulata, vt prædixi. Et credo per ta-
lem libellum directam actionem ſolummodo intentari: vtilem
enim habet emptor nominis & legatarius, & qui in ſolutum ac-
cepit ſine aliqua ceſſione. C. de hære. vel act. vend. emptor nomi-
nis. C. de act. & obli. in ſolutum. & l. nominibus. C. de leg. ex lega-
to. & ſi ſuccumbat in prædicto libello, quo ad vtilem actionem
eidem ſuo nomine competentem, rei iudicatæ exceptio non ob-
ſtabit. argum. ff. de except. rei iud. ſi mater. §. denique. & § ſi quis
autem. ff. de euict. minor §. ſi ſeruus. Præterea procurator iurat in
ſuam vtilitatem, quia ſuum negotium gerit, & in ea eſt principa-
lis. C. de procur. qui ſtipendia. licet quidam dicant, quod directis
ceſſis vtiles admittantur. Vnde conſulo, quod agat ſuo nomine
vtili ſibi competenti, & abſtineat à directa: cuius ei ſolum exerci-
f tium eſt commiſſum, ſecundū Vbertum. [f] † ¶ Et nota quod pro-
7 curator in rem ſuam habet vtilem nomine ſuo in caſibus. ff. eod.
procurat. in rem. C. de dona. l. iā. & no. C. de act. & obl. l. 1. Ex con
tractu autem ſine ceſſione non habebit vtilem actionem ſuo no
mine, niſi in caſibus: vt no. ibidem. Vtrum autem habens vtilem
præferatur habenti directam: no. ff. de proc. in cauſæ § fi. & l pro-
curatore in rem. ff. ſi ager vecti. l. j §. 1. C. de noua. ſi delegato. j. de
action. ſeu pe. §. 1. verſi. in ſumma. & ſeq. Sed nunquid agens ex iu
re ceſſo, debet exprimere, an agat vtili ſuo nomine, an directo no
mine cedentis? Videtur, quod non: quia tantum conſequitur per
directam, quantum per vtilem: vt ff. de nego. geſt. l. antepenul. &
nihil intereſt quo genere actionis, &c. ff. ad Velleia. quamuis. § ſi
g mulier. Sed dic contra. ff. de ſo. ſi duo. [g] & ff. de leg. 1. ſi mihi. Sim-
pliciter autem agendo videtur intentare directam, vt dixi. ff. de
pet. hæ. nec vllam § itē ſciens ff. fa. erci. plane. & ad hoc ff. de reli.
h & ſum. fun. l. 2. §. 1. [h] Et ad hoc faciūt iura inducta j. de act. ſeu pe.
§. 1. ver. ſed nūquid tenetur. Quando autem is, cui ceſſio facta eſt,
agat vtili vel directa. no. in Summa domini mei. in tit. de act. ceſ.
ſub tit. de alie. iu. mu. cauſa fa. Itē vnde naſcatur vtilis, no. in Sum-
i ma Azo. in tit. de act. & ob. § fi. [i] † ¶ Quid ſi mihi [k] obligaſti no-
8 men debitoris tui: nunquid priuſquam conueniam principalem,
k conueniam illum vtili actione, ſecundum l. ff. de pig. act. ſi conue
nerit. §. 1. & C. de hære. vel act. ven. l. poſtquam. An autem primo
conueniam principalē, ſecundum auth. poſitam. C. de act. & obl.
l. fi. Dicunt quidam, ꝙ non, per l. C. quando fiſcus vel priua l. non
prius. & C. de hæredi. action. l. hæredem. ff. de iure fiſc. l. Moſcis.
Alij cōtra dicentes, quod hoc locum habet in tacita hypotheca:
ſecus in expreſſa: vt C. de act. & ob. aduerſus. & l. fin. & C. de pig. l.
perſecutionem. Nec obſtat præ. auth. quia loquitur in re corpo-
rali, quæ poſſidetur: & non in incorporalibus, quæ non poſſiden
tur: vt ff. de acquiren. poſſ. poſſideri. Nec obſtat in auth. de fideiu.
§. neque. verſicu. item dicerem ſi quos homines, & c. quia ibi lo-
quitur in fideiuſſoribus obligatis pro principalibus: & hoc verius
eſt, & add. [illegible] quod not. C. quando fiſcus vel priua. l. 2. & 3. Sed nun-
quid is cui iura ceſſa ſunt, tenetur facere venire principalem? Di-
cunt quidam quod non: quia nomine ſuo agit: vt ff. de procu. ſi
9 actor. C. eodem. l. fina. † ¶ Sed nunquid contra procuratorem in
rem ſuam opponi poteſt compenſationis exceptio? Videtur, ꝙ
non: quia ipſe non tenetur defendere dominū ſuum, niſi in duo-
bus caſibus, ſcilicet, quando factus eſt in fraudem, & ex cauſa one
roſa: vt ff. de procura. ſed & hæ. § fi. l. ſeq. & l. pactum. Sed dic con
tra: quia omnes exceptiones, quæ obſtant venditori, obſtant &
emptori. ff. communi diui. l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. pro
l ſocio. l. idemq́; [l] Sed nunquid pactum procuratoris in rem ſuam
nocet domino? Reſpondeo ſic. ff. de pact. ſi cum emptore. ff. qui.
mod. pig. vel hypo. ſol. ſicut. §. 1. Sed an econuerſo pactū domini
m noceat procuratori, not. ff. de tranſact. l. fi. [m] ¶ Quis autem iura-
bit de calumnia: de hoc not. ff. de procu. non ſolum. C. de iur. ca-
n lū. l. 2 § ſin autē. [n] ¶ An aūt tutor, curator, vel procurator in rem ſuā,
& ſimiles, debeant ante litis conteſtationem probare, vel exhibe
re mandatum: dixi ſ. titu. de actore. ver. item contra præ atum.
prope fin & j. de inſtru. edit § nunc dicamus. verſicu. ſed quid,
10 ecce. † ¶ Item circa hoc quæritur: pone, mutuaui tibi decem, ſti-
pulorque mihi reddi expenſas faciendas pro illa pecunia repe-
tenda, deinde vendo cuidam P. actiones mihi contra te compe-
tentes: nunc quæritur, an dictus P. poſſit à te exigere expenſas fa-
ctas, pecuniam à te repetendo ex iure ceſſo? Et videtur, quod ſic:
cum & vſuras poſſit exigere: vt C. man. l. per diuerſas. prope prin
cip. verſicul. ita tamen. & ff. de vſuris. l. Herennius Modeſtinus.
Item ego venditor poteram exigere, ſi eas feciſſem: ergo & ipſe
P. emptor hoc poterit. argumen. ff. de contrahend. emptio. dolia.
in fin. & de hæred. vel actio. vendi. emptori. Econtra videtur, vt
argumen. ff. de vſucap. l. in tempus. in princip. Item quia perſona
eius non fuit comprehenſa in ſtipulatione: vt argum. ff. de verb.
obliga. ſi ita ſtipul. §. Chryſogonus. & hoc dico de expenſis futu-
ris: argu. extr. de re iud. abbate ſane. prope princ. Nam de præteri-
tis non eſt dubium: quia pro illis non poterit agere, niſi pro eis
precium dediſſet. Poſſet & in hoc caſu diſtingui, qualiter dictum
fuit in promiſſione expenſarum. Nam ſi dictum fuit, Promitto
tibi, & cui hoc promiſeris: tūc planum eſt. Si vero dictum fuit ſim
pliciter, Promitto tibi expenſas: tunc etiam emptor poterit pete
re expenſas. Nam ceſſat cauſa prædictæ l. per diuerſas. quia non
fit in fraudem hæc ceſſio. Videtur enim dare aliquid nomine ex-
penſarū illarum, cum eas de ſuo facit. Vel diſtingue, an eas faciat
ex voluntate, & tunc non repetet: an ex neceſſitate: vt quia fide-
iuſſor erat, cui facta eſt ceſſio: tunc repetet eas, ſecundum Vber.
¶ De huiuſmodi ceſſionibus, quid iuris ſit, & qualiter fiāt, & qua
liter conſtituatur procurator in rem ſuam: dic plene, vt j. in titu.
11 de act. ceſ. verſicu. in ſumma. & per totum titu. † In ſumma nota
quod

ADDITIONES.

a Delegatus. ¶ Incaute cum Vber. præ. ſic loquitur: cum l. ex illa, & quod ibi dicitur, non procedat, quando facta eſt delegatio debitoris: vt ibi patet in prin. Et ratio huius no. eo. ti. l. 1. quod dixi, etiam patet ver. in ſumma defendi tamen poſſet hoc dictum ſecundum no per Hoſt. in Summ. tit. de delegato. ad fi. ſub rub. de ſol. vbi dicit, ꝙ licet nouatio requirat conſenſum debitoris, delegatio non. vide quod ſcripſi j. de ceſſ. actio. §. 1. ad fi. ſuper verſi. quæ autem. ¶ Adde Roma. conſi. 135. & verſi. ſeq. adde ꝙ pupillus ſine tutore, & tutor ſine pupillo cedere poſſunt. Ro. conſi. 386. & verſi. item ꝙ eſt pro parte. Adde plene Roma. conſi. 450.

b Conteſtatus. ¶ Tertium omiſit: qui enim non ſoluerat, non poteſt congrue dicere: priuſquam inciperem tibi ſoluere. poſuit tamen Vber. hūc tertium.

c Venereales. ¶ Et eſt 16. q. de hoc no. de iure pat. c. vno. lib. 6. in gl. pe. & vide quod ſuper ea plene dixi. ¶ Adde vt pulchre per Pe. de Anch. conſi. 245.

d Vtrum. ¶ Iſte verſi. & ſeq. fuerunt Albe. Gal. tit. de procurato. in rem ſuam.

e l. 1. ¶ In princip. 1. glo. dubium facit deſcriptio procuratoris, quæ ibi habetur, & ſ. titu. proxi. in princip. vltra ibi not. dicebat Guid. de Suza. iſtum gerere negotia aliena quodammodo: vel procedit ideo, quia de cedente oportet fieri mentionem. C. eod. titul. qui ſtipendia. & ſic tali procuratori competit diffinitio. ¶ Adde, quod appellatione procuratoris proprie non venit procurator in rem ſuam, Ita not. ex tex. iuncta glo. in l. qui ſtipendia. ꝙ dicit Bal. ibi notandum ad ſtatuta. glo. & Bal. in l. 2. ff. eod. & Bald. in l. 1. C. de act. & obli. ver. 5. queritur.

f Vber. ¶ De Bona. vt dixi in prin. huius §.

g Duo. ¶ Dicit And. de Baru. per hanc l. ſic fuiſſe de facto pronunciatum. ¶ Adde quod Barto. ibi dicit.

h §. 1. ¶ Hucuſque fuit iſte ver. Alb. vbi ſ. idem Guid. de Suza. ſuper l. ſi procurator. C. eod. titu. Habeo per Dyn. contrarium ſuper præ. l. ſi mihi. ea ratione, quia vtilis & directa ſunt idem in effectu. ff. de nego. geſt. l. actio. & not. C. de lega. l. ex legato, non ergo eſt cogendus exprimere. C. de proba. l. ad probationem.

i §. fi. ¶ Et per Acc. C. de leg. l. ex legato.

k Mihi. ¶ Ad literam eſt Alber. vſque in fin. ver. & reliqui. verſi. vſque ad ver. an autem.

l Idemque. ¶ Albe. Gal. fuit de exec. ver. ſed pone contra.

m l. fin. ¶ De confeſſione not. & dicam j. de ceſ. act. in prin. verſi. ſed nunquid

n Si autem. ¶ & j. de iura. calum. §. reſtat. ver. procurator.

 q̃ ſi tibi creditori meo mando, ſiue cedo ſolutionis cauſa actio-
nes quas habeo contra P. debitorem meum, faciendo te procu-
ratorem in rem tuam, non tamen eum delegando, nihilominus
a potero adhuc petere ab eo, & tibi prohibere, [a] ne ab eo exigas
ante, quam cum illo litem fueris conteſtatus: vel aliquid ex debi-
to acceperis: vel id debitori denunciaueris. vt C. de noua. l. tertia.
b & ff. de procurator. l. procuratore in rem. [b] quæ denunciatio po-
terit ſic fieri:
12 ¶ F O R M A. † Denuncio tibi tali, quod talis tuus credi-
tor ceſſit ſiue mandauit mihi actiones ſibi contra te ex tali cauſa
competentes, & ecce inſtrumentum inde confectum: & idcirco
tibi denuncio, ne ſibi deinceps perſoluas. argumen. C. quæ res pi-
gno. ob. poſſ. nomen. ff. de euictio. ſi cum venditor. in princip.
Sed nunquid ſufficit, ſi ſolum dicit, Denuncio tibi ne ſoluas tali
creditori tuo, id quod debes? Reſpon. aut debitor petit à credito-
re nunciante exprimi cauſam, quare nunciat: & eſt dicenda. Aut
non petit: & tunc ſufficit ſimpliciter nunciari, ad inſtar eius, quod
fit in noui operis nunciatione. ff. de nou. oper. nuncia. l. 1. in prin-
c cip. [c] Quid ſi ipſemet cedens denunciat debitori: nunquid pote-
rit eum amodo conuenire? Reſpondeo, non: quia cum alterius
13 denunciatio ſibi noceat: multo fortius & ſua. † Sed quid ſi debi-
tor certus erat, nunquid eſt amplius certiorandus? Non videtur.
ff. de actio. emp. l. 1. in fi. Vel dic contra: quia hæc certioratio ſiue
denunciatio eſt de ſubſtantia: vt videtur ff. de adulter. l. denun-
ciaſſe. §. 2. in fin. extr. de accu. capitu. 2. 2 quæſtio. 1. ſi peccauerit.
& in prædicta l. nomen. extra. de emptio. & vendi. capitu. fina.
vnde etiam non ſufficit, ſi à tertio certificetur. & argu. in his, quæ
not. extra. de electio. cum inter vniuerſas. argu. contra. ff. de peti.
d hære. l. item veniunt. §. petitam. & §. à quo. & ff. de fur. l. 7. [d] Con-
ſilium eſt ergo, quod is, cui facta eſt ceſſio, vel etiam creditor in
caſu præd. l. nomen, denunciet per ſe, & ſi extet inſtrumentum de
ceſſione obligationis, ſibi oſtendat, & legat: ne ſi alias nolit ei de-
bitor credere & ſoluat creditori ſuo, poſſit cauſari ex bona fide
e ſe ei non credidiſſe. [e] argumen. in his, quæ not. j. de citatione. §.
f ſequitur. prope princ. [f] † ¶ In ſumma nota cautelam. nam ſi non
14 potes probare intentionem tuam, niſi per vnum teſtem, cede a-
ctiones tuas alicui tuo amico non potentiori: & ille agens pote-
rit te & illum alium in teſtes producere. argumen. C. de proc. qui
g ſtipendia. extr. de teſti. inſuper. [g] De hoc j. de teſti. §. 1. eo. ver. ſed
pone, mutuaui.

## ADDITIONES.

a Prohibere. Hoc no. dicit lex illa, vt patet ex litera ibi. eo. modo: & vide qđ ibi not.

b In rem. ¶ Et ſcripſi de ali. iu. ma. cau. fa. c. 2. ſuper 2. gloſſ.

c In prin. ¶ Vt ibi not. in gl. legitima. & idem eo caſu dicimus de iuramento, vt dixi de ope. no. nun. c. 2. ſuper 2. gloſſ.

d l. 7. ¶ Eſt & neceſſarium ſecundum Acc. quod not. in præd. l. nomen. in fin. vlti. glo. vbi tenet, quod neceſſe eſt eum à ceſsionario certiorari, per l. debitores. C. de pigno. quæ non facit, cum de vrbanitate loquatur: vt ibi not. & extra. de ſimo. licet Heli. in gl. ex hoc. Item ipſe Acc. contrarium no. in l. fin. ff. de tranſac. ad quod facit regula, eum qui certus. de regu. iur. lib. 6. & quod ibi ſcripſi poſt Dyn. & Cyn. & in l. 4. præalleg. & in l. nomen. hanc partem tenet, quam dicit placere modernis. & Guid. de Suz. etiam ibi hanc tenet, per præ. l. fin. ff. de tranſact. cum illa. l. 3. de nouat. ponat regulam, qua tres caſus excipit. addere quartum non eſt tutum, propter quod ſequere Gui. conſilium. & vide j. de empt. & ven. in fine, ¶ Adde Alex. in Apoſt. dictæ l. 3. & vide Bart. in l. ſi cum emptore. ff. de pact. Et an cedens poſsit aliquid facere in præiudicium ceſsionarii? vide Ange. conſi. 258.

e Credidiſſe. ¶ Forte melius dixiſſet ſoluiſſe. ſed ponitur pro credo credis.

f Prin. ¶ Bene facit cle. de elect. cauſam. 1. reſpon. in fine.

g Inſuper. ¶ Omnino vide quæ ibi ſcripſi ſuper 1. gl. in fi. per quæ deſtrui videtur hæc cautela. ¶ Adde Roma. conſi. 382.

## ADDITIONES NOVAE.

* Nota q̃ durante officio procuratoris non poteſt procurator à domino cõueniri de eo quod ipſe cœpit debere ex ipſa adminiſtratione poſt ipſam adminiſtrationem. gl. in l. qui proprio. §. fin. in fi. licet gloſſ. uideatur tenere contrarium in l. curator. de adminiſtra. tuto. & male.

* Pone quod reus confitetur procuratorem habere mandatum, non tamen conſtat illud iudici, an poterit iudex repellere? dic quod ſic. nam nemo ſine actione experitur, l. ſi pupilli. §. videamus. de negotiis geſt. maxime cum hoc ad officium iudicis pertineat, l. 1. de officio aſſeſſor. non obſt. l. ſi procurator. de procurat. quia ibi literæ miſſæ ad aduerſarium repræſentabantur iudici. de hoc in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. par. Iacob. Butri.

* An poſſem conſtituere procuratorem ad alium certum procuratorem conſtituendum. gloſſ. in l. 1. de procurat. quam reprobat Dynus, dicit quod non poteſt conſtitui procurator ad conſtituendum alium certum, ſed incertum ſic. & hoc tali ratione, quia quando habeo in mente aliquid, & illud exprimo, videor velle illud. vnde conſtituens procuratorem ad alium procura-...m certum conſtituendum, ipſum exprimendo videor illum facere & nõ ...ator meus. de hoc allegat glo. in l. cum eſſet. de ſeruitut. vrban. prædi. ... de Are. in l. quod quis. de procu.

* ...ſtitui mulierem procuratricem, quæ nõ poteſt eſſe procuratrix, ad faciendum & conſtituendum alium procuratorem, an hoc poſſit facere. Do. Segaorolus in ſecunda parte ſuorum conſiliorum in conſilio quod incipit, in quæſtione. dicit expreſſe q̃ non poteſt alios habiles facere ſeu conſtituere: & q̃ de hoc videtur caſus in l. qui aliena. §. quanquam. de negotiis geſtis & l. filium. ff. ad mace. & l. filius. de acquiren. hæredi. & l. 2. de hæreti. de hoc not. Cynus in l. quod quis. de proc. & Iaco. Are. in l. ita demum. de procur. de hoc dominus Bald. in l. prima. de procura. & tenet quod poteſt: Et dicit ſic, aut procurator primo conſtitutus eſt inhabilis ex defectu conſenſus, vt infans & furioſus, & non poteſt alium procuratorem conſtituere, vt in capitu. religioſus. & ibi in gloſſ. de procurator. in clemen. aut eſt inhabilis alias, vt miles, mulier & minor, & tunc poteſt alium conſtituere authoritate mandati, arg. l. fin. de iuriſdi. om. iudi. Præterea iſta ſubſtitutio procuratoris eſt potius contractus quam iudicium, quia cadit in contractum mandati, & quælibet dictarum perſonarum dicitur eſſe habilis ad contrahendũ, l. 1. §. cuius autem. de exercitor. & l. ſed & ſi quis. §. parui. de inſtito. Bal. in l. 1. de procur. & Barto. ff. de acquiren. poſſeſ. l. 1. § cæterum.

* Nota qđ ſi procurator admiſſus eſt in caſu quo requiritur ſpeciale mandatum, dominus poteſt habere ratum, c. qui ad agendum de procur. libr. 6. per Arch. & l. ſi maritus. C. man.

* Quid ſi aliquis cœpit agere tanquam procurator, & procuratorio nomine Petri: deinde fecit aliquos actus, & non dixit procurator procuratorio nomine ſe agere, an videatur feciſſe procuratorio nomine, licet non dixerit? Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de verb. oblig. l. de pupillo. §. nunciationem. de operis nou. nun. & l. poſt mortem. quando ex facto tuto. & l. ſi ſeruus communis. de ſtipul. ſeruo. Guil. in l. ſi vnus. §. fin. de pact.

* Qualiter debeat concipi mandatum, & per quæ verba, & in quibus caſibus requiritur ſpeciale mandatum. Cynus in l. 1. C. etiam per proc. in integ. reſt. pe. po. Bar. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæred. & l. filiusfami. de donation. & l. 2. §. quod obſeruari. de iuram. calum. & l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de damn. infect. & l. ſi procurator. de condi. inde. & l. prima. §. vtrum filium. de falſ. & l. qui Romæ. §. Callimachus. de verbo. oblig. Inno. in c. ſuper his. de accuſa. Ioan. And. in cle. non poteſt. de procur. Bald. in l. non ſolum. §. fin. de procur.

* An quis poſsit intimare per procuratorem, & an compaternitas poſsit contrahi per procuratorem, dominus Nicola. de Neap. in l. ſi Stichus. §. fin. de ſtatu lib. Ioan. And. in c. non poteſt quis. de reg. iur. lib. 6. Arch. quod non in c. 1. de cogna. ſpiri. lib. 6. Bal. in l. Gallus. §. forſitan. de lib. & poſt.

* Nota q̃ quando mulier aliquem defendit, vel agit pro aliquo, ipſa poteſt renunciare Velleiano, imo debet alias non obligaretur. vt no. gl. in l. fœminis. de procu. & ibi facit Butr. in lectura ſua.

* An inuentarium poſsit fieri per procuratorem? Videtur q̃ ſic, in l. ſcimus. §. ſin autem. de iure deliber. An idem de inuentario tutoris? Guido de Suza. dicit q̃ ſic, eadem ratione, & etiam cum non inueniatur prohibitum, ergo permiſſum. Item edictum de procuratoribus eſt prohibitorium, ergo, &c. l. mutus. de procurat. quamuis faciat contra Inſti. de auctoritate tutor. §. fin. quia potes interponere procuratorem, ergo &c.

* An procurator non habens ſpeciale mandatum ad iurandum, per generale poſsit iurare? facit clem. 1. de proc. & c. qui ad agendum. §. fi. de procu. lib. 6. & l. iuſiurandum. §. fi. cum l. ſeq. de iureiur. & ext. de iuram. calum. c. nullam cauſam. lib. 6. in nouella. Bar. in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de damno. infect. Alber. in l. iuſiurandum. quod ex conuent. §. procurator. de iureiur. & l. procurator cui libera. de procura.

* Procurator non poteſt iuriſdictionem prorogare, niſi habeat ſpeciale mandatum, vel generale cum libera. cap. de cauſis. de officio delegati. & ca. cum olim. eod. titu.

* Nota, quod procurator non poteſt habere ratum geſtum nomine domini, niſi habeat ſpeciale mandatum. ita dicit Nicola. de Neapo. in l. 3. de acceptilatio.

* Nunquid in caſibus in quibus requiritur ſpeciale mandatum admittatur cum cautione de rato, in l. q̃ ſi de ſpeciali ff. de mino. & l. non ſolum. §. fin. de procu. cum glo. ſua per Bal. & dicit q̃ propter periculum moræ admittitur quis cum generali mandato, dummodo caueat de rato, quamuis alias requiratur ſpeciale mandatum. quod not. & vide glo. in l. nam & nocere. de pact. quæ dicit, q̃ procurator habens liberam adminiſtrationẽ poteſt nocere domino, & habens generalem, non poteſt nocere: habens ſpeciale mandatum in illo poteſt nocere & prodeſſe.

* An minor 25. annis poſsit eſſe procurator? Vide Guil. de Peruſio in l. ſi collactaneus. de manumiſ. vindic. & Guill. de Cun. ff. de inſti. act. l. ſi quis. & an poſsit eſſe procurator cum ſacramento. vide ibid. & cap. qui generaliter. de procur. lib. 6.

* Pone, aliquis accuſatur quod vulnerauit Titium, & eſt dubium an vulnus ſit mortale vel nõ, interim quis vult comparere pro accuſato, & petit ſe ſub hac exceptione admitti, ſcilicet quod ſi appareat vulnus eſſe mortale, quod non teneat proceſſus, an debeat audiri & admitti? not. in l. prætor. §. ſi controuerſia. de dam. infect.

* An procurator habens liberam & generalem poſsit donare, gl. in l. ignorantis. ff. de procurat.

* An procurator totorum etiam abſque libera poſsit obligare res domini, ſi dominus erat conſuetus hoc facere, glo. in l. procurator totorum. de procu. & l. 1. §. non autem. de exercitoria.

* Quid ſi Titius cõſtituitur procurator, & in caſu quo non velit eſſe, conſtituitur Caius. & Titius primo acceptauit, poſtea renunciauit, an ex iſta renunciatione poterit Caius eſſe procurator. vide quod no. in l. tutoribus ita datis. de teſtamen. tu. Raymun.

* An procurator in rem ſuam poſsit conſtituere procuratorem ante litẽ conteſtatam? dic quod ſic, l. illam. C. de donatio.

* In l. 1. in fi. ver. dari poteſt, &c. de procuratoribus, not. q̃ procurator poteſt conſtitui in abſentia, ſi in inſtrumento dicatur, conſtituit talem abſentẽ tanquam præſentem. ſed iſta verba nihil valent. Secundò not. q̃ eſt mirabile in iſto contractu, quod non eſt in aliquo alio contractu, quod non requiritur hic ad eſſentiam mandati nuntius vel epiſtola, vt de actio. & obliga. l. conſenſu. Bald.

Nota

* Nota qđ procurator ad recipiendum habet neceſſe oſtendere mandatum, alias non admittitur, vt in auth.de colla.§.eos.& l. non ſolum.§.qui alieno. de procur.in glo.magna,circa medi.& c.porro.de priuileg.

* Procuratores ad negotia poſſunt nominare dominum in iudicio, & quaſi habeant declinatoriam,opponere:ſecus in procuratore ad iudicia. Inno.in c.quoniam.extr.vt lite non conteſt.

* An minor 25.annis poſsit experiri & pro alio in iudicio intereſſe,l.clarum de auctor.præſtan.& l.1.C. qui legiti.perſo.& l.pen.de legiti.tuto. Iacob.de Aren.in l.minor.ff.de minor.

* An quis patiatur alium agere pro ſe, videatur facere illum procuratorem tacite. Inn.in c.ex parte.de reſcrip.

* In l.metum.§.animaduertendum.quod metus cauſa.Cynus hic dicit in additionibus ſuis, quod ſi conſtituo procuratorem ad mouendum litem contra quamcunque perſonam, non videor conſtituiſſe contra vniuerſitatem, per hunc tex.coniuncta glo.ſua in contrarium eſt veritas. Bal.

* An laicus poſsit eſſe procurator in cauſis ſpiritualibus not. in c.apoſtolicæ. de excep.tex.in c.1.de proc.lib.6.

* An procurator datus ſimpliciter videatur datus ad agendum, & ad defendendum.no.Bar.in l.quod dicitur.de tutel.

* An plures procuratores poſsint ſimul dari: ſi non adiiciatur quod dentur inſolidum.not.in l.cum ſemel. de tutel.fac. Ange.in l.pluribus.ff. de procurato.

* Nota quod licet non poſsit conſtitui procurator ad adeundum hæreditatem.l. Paulus.ff. de acquiren.hæredita. poteſt tamen conſtitui ad poſſeſsionem bonorum quærendam:vt ſi me abſente conſtituam quem ad adprehendendam corporaliter bonorum poſſeſsionem cuiuſcunque hæreditatis, in qua continget me inſtitui.l. cum multi.ff. ſi pars hæredit.peta. & idem dicit de poſſeſsione iuris de iure prætorio, de quo per eum in l.1.C. qui admitti ad bon.poſ.Bal.ibidem.& in l.qui in aliena. de acqui.hære.

* Nota quod dominus comparens ex neceſsitate, vel iuſſu iudicis non videtur reuocare procuratorem. ita Bald.in l. Caius Seius. de legat. 2.& l.fideicommiſſa.§.ſi rem.de leg.3. ſecus ſi compareret ex voluntate.Bald.fac.l.fin. de procu.

* In l.1.de procuratoribus,in princi.ibi per nuncium, &c.not.hic argumen. quod mandatum poteſt probari per teſtes, vt puta per nuncium. & hoc tenet Azo in ſumma mandati. eodem modo reuocatio mandati poteſt probari per teſtes, extra.de procu.c.ex inſinuatione.& l.habet. mandatum debet probari per inſtrumentum vel cautionem de rato, ſi non vult pati moram litis: ſed ſi fuit iam vt procurator admiſſus ad iuſtificandum actum exercitum, ſufficit probatio teſtium, quia ſibi imputet qui talem procuratorem admiſit. dicit enim ipſe, ꝙ in actu exercitij probatio teſtium poteſt eſſe captioſa aduerſario,ſed non probatio inſtrumentorum:quia probatio inſtrumentorum eſt probatio probationum, & ſi dominus negat mandatum, de facili poteſt conuinci per eadem inſtrumenta,ſed non per eaſdem atteſtationes receptas cognoſcitur, ſecundum Ioan. Andr.quod credo verum in l.1, C.de mandatis prin.& c.1.de procu.

* An procurator veniens poſt litem conteſta.poſsit alium conſtituere, Arch. ꝙ non in c.1.de proc.lib.6.& Cynus in l.nihil.C.e.ti.

* De procuratore conſtituto ad procuratorem ſubſtituendum, not.Bar.in l. ſi procuratorem.§.ſi quis mandauerit.ff.mand.

* An procurator vel conſtitutus ab eo ſatiſdabit rem ratam dominum habiturum, Bar.in l.1.de curato.bon.dan.

* Quid ſi procurator conſtitutus à domino lite conteſtata conſtituit alium procuratorem,& iſte ſecundus procurator fuit condemnatus,an debeat fieri executio in rebus domini, ſicut ſi primus fuiſſet condemnatus? Guiller. de Cun.dicit quod ſic, in l.diffinitio.ff.de peculio.fact.l. Titius.de ſeruis exportan.

* Quod vbi mandatum habet certam & determinatam formam, extra iudicium, procurator poteſt alium ſubſtituere, l. apud Celſum.§. mandaui.de exceptio.& c.ſi quis.de elect.lib.6.

* An procurator ſubſtituens alium procuratorem deſinat eſſe procurator,& quomodo dici debeat in inſtrumento, ad hoc vt ſubſtituendo non deſinat eſſe procurator, Bart.in l.quod ſi forte.§.1.de ſolutio.vide c.is qui.de procur.lib.6.

* Quid ſi aliquis cõſtituat procuratorem ad iudicia, & prohibeat alium ſubſtituere,tamen ille prohibitus alium ſubſtituit,an obligabitur dominus per ſecundum ſubſtitutum? Guiliel.in l.prima.§.omnia.de exercitor. Raymundus diſtinguit aut dominus ſciuit, & obligatur dominus: aut ignorauit, & tunc ſecus, allegat l. ſi procuratorem abſentem. de procu. & l.1.C. de ſatiſdando.

* Nota ꝙ in his quæ aguntur in iudicio per procuratorem queritur domino abſque ceſsione, l.in cauſæ.§.fina.de procu.& de his quæ non poſſunt cedi, quia cohærent perſonæ. vnde ſi procurator ſtipuletur vſumfructum nomine meo, vel accipiat vxorem nomine meo, acquiritur mihi directo abſque ceſsione,l.qui ita.§.1. ad Trebell.& in l.poſſeſsio.§.& ſi poſſeſsio. de acquirenda poſſeſsio.per Bar.

* Si procurator conſtitutus cum facultate ſubſtituendi alium, ſubſtituit aliquem qui litem eſt conteſtatus, & petit aduerſarius illum qui ſubſtituit interrogari ſuper aliquo articulo, an debeat audiri. not.in l.apud Celſum.§. mandaui.de excep.dol.

* An procurator ſubſtitutus ad vendendum poſsit alium ſubſtituere, not. in l.ſi procuratorem.§. ſi quis mandauerit.ff. mandati. per Barto. & vide in l. in vſucap.§.item adiiciendum.ff.de diuerſis.& tempora.præſcrip. Nicola. de Neapo.

* An per ſuperuenienrem intelligatur mandatum reuocatum,Barto.in l.qui ſeruum. de acquir.hæred.

* An dominus teneatur de pecunia numerata procuratori,not.in l.ſi pupilli. §.1.de neg.geſt.

* An procurator qui poſt mandatum effectus eſt pauper, videatur ipſo iure reuocatus.Barto.in l.liberto.§.largius.de ann.lega.& l.ſi cum Cornelius.de ſolut in fi.

* Quid ſi co[illegible] procuratorem ad vendendum,ſiue ad contrahendum ſiue ad negociandum.& antequam aliquid faciat,reuoco ipſum,& cum eo ſic reuocato aliquis contrahit. Cyn.de hoc in l. mandatum. C. manda. an teneat quod cum tali procuratore actum eſt, ſoluit diſtinguendo, aut eſt talis contractus ad quem faciendum requiritur animus contrahentium, vt eſt hæreditatis aditio,datio libertatis, vel de matrimonio contrahendo: & in iſtis non valet poſt reuocationem, etiam ſi non perueniat ad notitiam contrahentis, vel procuratoris reuocati. & loquitur.l. cum quis. de ſolutio. l.falſus.de furtis.l.ſi pater.§.1.de manumiſ.vindicatio.l.ſi quis.§.1.de acquiren. hæredita.l.1.§.quod ſi ego ff. quod iuſſu.& capit.fin.de procuratio.libr.6.l.ſi procurator.de procurato.capi. manda.eod.tit.l.1.C. de ſatiſdando. & dicta iura loquuntur de procuratore ad iudicia,vbi non valet reuocatio,niſi perueniat ad notitiam iudicis,& partis, vt dicta l.prima.fallit in caſibus notatis in capitu.auditis. de procurator.de hoc not.in capit.1. de renunciatio. in aliis vero regulariter valet quod agitur ante reuocationis notitiam,quia ignorans damno affici non debet,vt dicta l.ſi mandaſſem. mandati. & not. 30.quæſtio.5. nec illud. vide ad declarationem iſtorum quod notat Segnorolus in prima parte conſiliorum. in conſilio quod incipit, quæritur nunquid.

* An infamis poſsit eſſe procurator, in l.1.§.ait prætor. de poſtu.c.cum deputati.de iudi.3.q.1.in gl.& 5.q.3.c.infamis.& c.infames.5.q.6.fa.l.Caſsius.de ſenatorib.

* An infamis poſsit eſſe procurator epiſcopi, vel inſignis perſonæ? dic quod non.c.accedens.50.diſt.& no in l.Pedius.de arbi.

* An poſt litis conteſtationem poſsit reuocari procurator,dato quod perueniat in notitiam.not.gloſſ.in l. ſi procuratorem abſentem.de procur.& capi. ſi quem.extra.eod.lib.6.nota ꝙ ſi lite conteſtata cum procuratore dominus citetur ad aliquem actum,& in contumacia eius aliquid fiat, ꝙ ipſum ſic factum nihil valet, cũ procurator factus dominus litis debeat citari, quia dominus ius proſequendi non habebat.l.procuratoribus.C.de procu. ¶ An dominus ad vnum articulum poſt litem conteſtatam poſsit comparere.Iacob. But.in dicta l.procuratoribus,videlicet ad producendum teſtes.

* Nota quod procurator etiam per ſolam miſsionem procuratoris executoris non poteſt per dominum reuocari,Archi.in cap.is qui.de procu.lib.6.

* Quæro in caſibus in quibus lis non conteſtatur, vel quando procurator interuenit poſt litem conteſtatam à domino, an procurator dicatur effici dominus litis. Cynus in l.nihil.de procurat. Barto.in l.ab executore.in fin.de appel.

* An procurator generaliter conſtitutus ad negotia, videatur etiam conſtitutus ad iudicia? de hoc in c.quis generaliter.de procura.lib.6.& l.1.in fi.in gl. magna. Sed nunquid talis procurator poſito ꝙ poſsit agere, poterit ante litem conteſtatam procuratorem conſtituere. dic ꝙ non, vt l.ſi procurator.in fi.ff.mandati. Inn.in c.fi.de fideiu.

